

# PRO MCI<sup>2</sup> V A R II


I C O N V M P A R S

S E C U N D A,

Incipiens à Christo nato, & perpetuam ducens  
seriem ad usque Christianissimum Francie  
ac Poloniae Regem HENRICUM hoc nomi-  
ne tertium, hodie feliciter regnante.

Hac secunda Editione valde aucta.

Lex per Misericordiam data est: gratia & veritas per Iesum  
Christum facta est. Ioan. cap. I.



N O X P R A E C E S S I T:

D I E S S V C C E S S I T.

L V G D U N I,  
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.

M. DCLXXI.

MADE IN SPAIN

PROMTVARII  
ICONVM PARS  
SECUNDA,

Incipiens à Christo nato, & perpetuam ducens  
seriem ad usque Christianissimum Francie  
ac Polonia Regem HENRICUM hoc nomi-  
ne tertium, hodie feliciter regnante.

Hac secunda Editione valde aucta.

Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum  
Christum facta est. Ioan. cap. I.



N O X P R E C E S S I T:

D I E S S A C C E S S I T:

L V G D U N I,  
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.

M. D. LXXXI.

NATIVITAS D. NOSTRI  
SALVATORIS IESV CHRISTI PLANE  
est prænuntiata, ac prædicta ab ipsis  
Prophetis, è quibus nonnulla  
quæ sequuntur de-  
cerpsimus.

*Non auferetur sceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, do-  
nec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio Gentium.  
Genes. cap. 49.*

*Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen  
eius Emanuel: quod est interpretatum, nobiscum Deus. Isa. cap. 7.  
& Matthæi cap. 1.*

*Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Isa. 9. cap.*

*Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui  
Sanctus Israël. Isa. cap. 12.*

*Et tu Beth-leem terra Iuda, nequaquam minima es in prin-  
cipibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Is-  
raël. Micheæ cap. 5. & Matth. 2.*

*Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum da-  
ret: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam  
eternam. Ioan. cap. 3.*

*Lauda, & latare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo  
in medio tui, ait Dominus. Zachariae cap. 2.*



SALVATOR noster IESVS CHRISTVS, verus atque unicus Dei filius secundum essentiam diuinam, natus est ex Maria virgine, quemadmodum ei in Nazareth Angelus Gabriel prædixerat, anno mundi 3962. imperij Augusti 42. ab urbe Roma condita, 752. Olympiade 194. anno regni Herodis Ascalonitæ 35. Natus est autem cooperante Spiritu sancto, in Beth-leem, ciuitate Iudææ. Porrò simulatque natus est Christus, pannis eum inuoluit virgo mater, & reclinavit in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno: & dixit illis Angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus, in ciuitate David. & hoc vobis signum: Inuenietis (inquit) infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. finita legatione, subito facta est cum Angelo multitudine militiae cœlestis, laudantium Deum & dicentium, *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus.* Porrò ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum, pastores locuti sunt adiuicem: *Transamus usque Beth-leem & videamus quæ nuntiata sunt:* statim itaque profecti, inuenierunt puerum cum Maria matre positum in præsepio: & omnes qui hæc audierunt, mirati sunt. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum. *Luc. 1. & 2. cap.* Hæc autem facta sunt anno 42. imperij Octauij Augusti, ut prædictum à me est.

Aaa 2



ARCHELAVS magni Herodis Ascalonitæ filius, successit patri in regno Iudæorum anno mundi 3964. post Christum natum 2. Augustus imperator Archelaum Idumææ, Iudææ, & Samariæ: Antipam, qui & Herodes, Galilææ: Philippum Gaulanitidis, Trachonitidis, Bathaniæ, & Paneados Tetrarchas ex testamento Herodis designauit. Hic Archelaus in ipsis regni auspiciis modestus admodum, noluit Rex appellari, donec confirmaretur ab Imperatore, apud quem ab Antipatro fratre accusatus, absoluitur. Confirmatus Tetrarcha, malè administravit. Accusatus iterum apud Imperatorem, exilio damnatur, & relegatur in Galilæam: postea Cyrenius ac post eum Pilatus Romanorum nomine Iudæam administrant. Iose. lib. Antiq. 17. cap. 10. usque ad finem 17. & lib. 2. de bel. Iuda. cap. 4. Regnauit Archelaus annis novem, & desist regnum Iudæorum: nam Iudæa in prouinciam redacta, Syriæ tunc iuncta est. Iose. lib. 17. Antiq. ca. 19.

GLAPHYRA Alexætri Cappadocum regis filia, nupsit primùm Alexandro fratri Archelai supradicti, deinde Iubæ Maurorum Regi, deinde ipsi etiam Archelao, qui contra legem Mariam priorem vxorem dimisit. præterea suscepserat ex Glaphyra filios Alexander, huius Archelai frater: quare apparuit vxori in somnis exprobrans ei in hæc verba: Nunc confirmas prouerbium, fidem mulieribus non habendam: nonne mihi iureiurando constricta es, & iugali födere virgo sociata? post susceptos etiam filios (chara pignora) amoris nostri obliita es, iterum nubens, imò tertio, atque cum meo fratre: nunquam tamen ego tui obliniscar: quin liberabo te opprobriis, & efficiam ut mea, sicut fuisti, in perpetuum sis. ac post paucos dies hæc obiit. Iose. lib. 17. ca. 19.



CL. TIBERIVS pater Tiberij Cæsar, Quæstor sub C. Cæsare, Alexandrino bello classi præpositus, plurimum ad viatoriam cœtulit: quare & pontifex in locum P. Scipionis substitutus, & ad deducendas in Galliâ colonias, in queis Narbona & Arelate erat, missus est. Cæsare occiso, cunctis turbarum metu abolitionē facti decernentibus, etiā de præmiis tyranicidarum referendum cœsunt. Tandem indignè ferens nec statim se in conspectum Sexti Pompeij admissum, & fascium vsu prohibitū, ad M. Antonium traciebat in Achaiam: cum quo brevi, recōciliata inter omnes pace, Romam rediit, vxorēmq; Liuiam Drusillam, & tunc grauidā, & antè iam apud se Tiberium enixam, petenti Augusto concessit: nec multò post diem obiit, vtroq; liborum superstite, Tiberio, Drusoque Neronis. Suet. in Tiber.

LIVIA Drusilla Cl. Tiberij supradicti vxor, Tiberij imperatoris mater fuit, de qua dictū à nobis est in fine prioris partis huius operis. hanc prægnantem abduxit Augustus: porrò qui cœceptus erat, infans, immaturus est editus: is est Drusus Tiberij Imperatoris frater minor natu, ac Claudij Cæsar, qui Caligula succedit, pater: fuit alter Drusus Agrippinæ & Tibe. Imper. filius. Cæterum in osculis Liuiæ, & in hac voce defecit Augustus, *Liua nostra coniugij memor viue, ac vale.*

Aaa 3



C L. T I B E R I V S Nero Imperator Romanorum tertius, succedens Augusto, imperauit anno mūdi 3977. post Christum natum, an. 15. Hic principatū diu recusauit impudentissimo animo, nunc adhortatē amicos increpans, vt ignaros quanta bella esset imperium: nunc precantē Senatū, & procumbentē sibi ad genua, ambiguis respōsis, & callida cunctatione suspendēs. Tandem quasi coactus, & querens miserā & onerosam sibi iniungi seruiturē, habenas rerum suscepit: nec tamen aliter quām vt depositurū se quandoq; spem faceret. Ad Orientē exercitum duxit: regnū Armeniæ Tigrani restituit: signa quæ Crasso ademerant Parthi, recepit. Comitatā Galliam anno ferē rexit: Rheticum, Vindelicum, Pannonicum ac Germanicū bellum gessit, Germanico bello 40000. deditiorum traiecit in Galliam, iuxtaq; ripā Rheni sedibus assignatis collocauit: quas ob res ouans Romæ antequam imperaret triumphauit. adulaciones initio auersatus est: huius quoque vox illa est, *bonus pastor pecus tō det, non denorat.* Ipse demum ingenti socordia & tyrannide imperiū administravit: quosdā Reges per blandicias euocatos, non remisit. Luxuriæ itaq; ac cædibus vacans, Caligulæ nepotis astu pe- riit, anno ætatis 78. imperij 23. huius imperij anno 18. Seruator noster Iesu Christus à Iudæis cruci affixus est. Sueton. in Tiber. Hic Christianorū persecutoribus periculum interminatus est.

A G R I P P I N A M. Agrippæ filia, vxor fuit Tiberij Imperatoris, ex quo Drusum iuniorē peperit: hāc rursum grauidam dimittere coactus est, ac Iuliam Augusti filiā vxorem ducere, quanquam Agrippinā valde amaret Tiberius maritus, & Iuliæ mores improbaret. Sueto. in Tiber.



C A I P H A S, Iudæorum Pontifex fuit anno mundi 3983. post Christum natum 21. Aīunt hūc cum Anna socero Pontificatum emisse, atque eodem anno ambos rexisse: nam Cæsarū procuratores pro avaricia & libidine sacerdotium tunc conferebant. hunc Vitellius Syriæ præfектus post 17. annos sacerdotio priuauit. Hic est ille Caiphas qui scidit vestimenta sua ad responcionem Christi: in cuius etiam domo illusus, consputus & colaphis cæsus est D. noster: vbi etiam Petrus Dominum negauit, ab vna atque altera ancilla conterritus. Mat. 26. cap. Iose. lib. Antiq. 18. cap. 8. hic cùm esset Pontifex, prophetauit, expeditus unus homo moriatur pro populo, q̄ à mīsi tota gens p̄reat. Ioan. 21.

P I L A T U S Iudææ præfuit an. 9. incipientes anno mundi 3988. post Christū natum 26. Hic statuas Cæsaris Ierosolymis collo cauit, mortem etiam cōminatus Iudæis nisi quievissent: at illi mortem se potius subituros quām legis suæ cōstitutiones transgressum iri, profitebātur. Tum Pilatus demiratus Iudæorū in sua lege obfirmationem, imagines auferri præcipit. de Christiano dogmate ad Tiberiū retulit: & Tiberius ad Senatū: sed Christianos vrbe eliminādos Senatus statuit: & Tiberius edito, mortē accusatoribus Christianorū interminatus est. Tert. in Apolog. cap. 5. Oro. li. 7. ca. 4. Coram Pilato Christus criminator est à Iudæis quod populū auerteret, quod tributū Cæsaris prohiberet, quodq; se regē faceret: quē cùm aliquoties interrogasset, cupit: hoc se iudicio eximere, & absolutū dimittere: verū vbi Iudaica rabies inualuit, importunitate ac minis fractus Pilatus, Christū illis ad arbitriūt crucifigerē tradidit: prefatus tamē lotis quoq; manibus, se innocētē esse à sanguine eius. Ios. li. ant. 18. c. 5. 6. 7. Vide etiā Euā. Hic tandem tēporibus Caligulæ fibi propria manu mortē cōsciuit. Euse. li. 2. c. 7. Pilatū scribit Phi. Berg. li. 7. è Lugduno ortū, vbi etiam exul seipsum interfecit.



**H E R O D E S** Antipas Tetrarcha Galilææ, superuixit fratri suo Archelao, de quo à nobis dictum est supra. Hic primum vocabatur tantum Antipas, sed mortuo fratre, nomine Herodis assumpsit. Hic Philippi fratris sui vxorem, fratre viuo, qui etiā ex ea liberos suscepserat, abduxit, ac in matrimonium accepit: ex sapientibus Israelitis complures occidit. D. Ioannem Baptistam obtuncauit anno mundi 3993. post Christum natum 31. tum quod eum flagitijs coargueret, propter abductā fratris vxorem, tum quod vereretur ne forte doctrinæ eius persuasione, populi à suo regno deficerent: nam frequens populus ad Ioannem confluuebat. Hic etiam Christum Dominum nostrū spreuit, ac illusit, induitumque veste alba remisit ad Pilatum. Tandem accusatus Antipas coram C. Cæsare Calicula, Lugdunum in exilium agitur: eiusque tetrarchia Agrippæ regno adiicitur. Ioseph. lib. Anti. 18. cap. 10. & 14. attamen idem Iose. lib. 2. de bel. Iuda. cap. 8. scribit hunc Herodem fugisse in Hispaniam, ubi etiam cum uxore ait deceisse.

**H E R O D I A S** filia Aristobuli, soror Agrippæ maioris, nupsit primum Philippo Tetrarchæ patruo, cum quo diuortium fecit, adiunxitque se Herodi Antipæ, quem & in exilium secuta est: nec obstat libertas sibi ab Imperatore cōcessa, quod esset Agrippæ, quem Imp. diligebat, soror: hæc enim respondit Imperatori, non æquum esse, vt quem in prospera fortuna secura esset, in aduersa relinquere: Lugduni itaq; cum viro exul obiit: extatque etiam nunc memorabile horum sepulturæ monumentum, pyramis lapidea, quam vulgus duorum amantium Pyramidem vocat. Vide Comestorem, & i. part. histo. D. Antonini Archie. to. 6. cap. 21. §. 4. huius filia saltauit coram Herode, quæ caput D. Ioannis petiit. Marci 6. cap.





**I E S V S** Christus Dominus noster, verus Deus ac verus homo, natus ex muliere virgine, factus sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, passus est, mortemque in cruce pro vita & salute nostra oppetiit anno suæ ætatis 33. anno mundi 3994. anno imperij Tiberij 18. ac post tres dies resurrexit, nempe vt qui mortem nostram moriendo destuxerat, vitam quoque resurgendo repararet: mortuus est enim propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: vt nos peccatis mortui, iustitiæ viuamus, per bona opera certam facientes vocationem nostram. Quadragesimo autem die à morte ascēdit in cœlum: quinquagesimo, misit spiritum sanctum, quemadmodum suis fuerat pollicitus: & venturus est iudicare viuos & mortuos in consummatione seculi: beati serui illi quos paratos & vigilantes offendet. Euangelia, epistolæ D. Pauli, Petri, Ioannis, Iacobi proponunt nobis ob oculos isthæc omnia, Christi vitam, mortem, resurrectionem, ascensionem, spiritus sancti missionem, mundi conflagrationem extremam, extremū quoque venturi eiusdem Christi iudicium, vitam æternam, & supplicium æternum.

Aaa 5



I V D A S Iscariotes vnuis ex duodecim Apostolis Domini fuit, qui cum loculos gestaret, fur & auarus erat: nec æquo potuit animo pati vnguenti pretiosi effusionem in corpus Christi. Hic Dominum suum, ac nostrum, pretio triginta denariorum prodidit, signo osculi dato Iudæis ut Christum cognoscerent. tandem pœnituit, & pecunia retulit, ex qua emptus est ager singuli in sepulturam peregrinorū: veruntamen amens & expes laqueo se suspendit, mediisque crepuit, & diffusa sunt omnia viscera eius, cùm desperaret de obtinenda venia à p̄fissimo ac, vt ita dicam, misericordissimo Deo, ac in Iudæ locum subrogatus est Mathias. Porro quod attinet ad rationem denariorum, singuli valebāt tres asses, siue solidos, & dimidium (autore Budæo in libro de Assis) si quidem erant denarij Romani ac vulgares: cūiuscunque autem formæ aut metalli fuerint, feruntur fuisse similes huic qui vobis hic ytrinque effigiatuſ est, ac expressus. Matt. 27. Ioan. 12. Act. 1.



GERMANICVS C. Cæsaris Caligula pater, à Tiberio patruo adoptatus, quæsturam quinquenio ante quam per leges liceret, ac post eam Consulatum statim gessit. Missus ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nütato, legiones vniuersas imperatore Tiberiū pertinacissimè recusantes, & sibi summam reip. deferentes, incertū constatia an pietate maiore compescuit: atque hoste mox deuicto triumphauit. Armeniae Regē deuicit: Cappadociam in prouinciae formam rededit. Diutino morbo Antiochiæ obiit anno ætatis 34. non sine veneni suspitione, fraude Tiberij, ministerio & opera Cn. Pisonis, qui sub idem tempus Syriæ præpositus erat. Suet. in C. Cæsare Caligula. moritur hic Germanicus anno mundi 3981. post Christum natum 19.

AGRIPPINA M. Agrippæ & Iuliæ filia, Germanici supradicti vxor, C. Cæsarē, qui Caligula dictus est, peperit, atque Agrippinam Neronis matrem, item alios complures liberos. Hæc virum in Syriam comitata est: Pisonem iudicio persecuta, ad spontaneam necem adegit. tandem apud Tiberiū in inuidiam adducta, mortem sibi inedia cōsciuit. Vide Suet. vt supra. hanc Augustus vix anniculā Tiberio priuigno despondit, quā postea dimittere coēgit, vt Iuliam assumeret, sicuti supra in Tiberio diximus. Vide etiam Cor. Nepotem.



C. CÆSAR, Caligula cognominatus, Germanici filius, & Drusi, priuigni Augusti, & ipsius Tiberij nepos, Romæ imperauit anno mundi 400. post Christum natum 38. Hic veneno Tiberium, cui successit, aggressus esse dicitur, quinetiam manu sua spirantis adhuc fauces oppressisse liberto, qui ob atrocitatē facinoris exclamauerat, confessim in crucē acto. Initio imperij popularem se ostēdit, dein monstrum se exhibuit, luxu, incontinentia, atrocitate. Dicitū est de eo, nec meliorē ab initio principem, nec peiorē postea fuisse. vnam cœrūcē populo Romano optauit, quo facilius vno iectu abscindi posset: dixirq; oderint dū metuant, cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit: has etiam sāpe exoleris suis prostrauit: quō facilius eas condēnauit, quasi adulteras, & infidiarū aduersus se consicias. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatū notis, ad metallū & munitiones viarū, aut ad bestias condēnauit: aut bestiarū more quadrupedes cauea coercuit: aut medios ferra dissecuit: nec omnes grauibus ex causis: verū male de munere suo opinatos, aut quōd nūquam per genium suum deierassent. Palam queri solebat nullis calamitatibus publicis tempora sua insigniri, tam flagitosus ac funestus, vt etiam Tiberij dedecora purgauerit. Bellum cōtra Germanos suscepit: & ingressus Sueviam, nihil strenuè gessit. Tandē cum aduersus cunctos ingenti auaricia, libidine, crudelitate sœuiret, intefectus est in palatio. Imperauit annos 4. vixit 29. Suet. in vita C. Cæ. Caligulæ. dictus est autem Caligula, vt inquit Aur. Victor, cognomentum calceamenti militaris, id est Caligulæ sortitus, quia natus in exercitu fuerat.

LIVIA Claudilla, M. Syllani nobilissimi viri filia, nupsit C. Cæsari Caligulæ, quam amisit ex partu, etiā antequā imperaret ipse, nēpc viuo Tiberio, cui successit. Sue. in C. Cæs. Cali-



LIVIA Horestilla C. Pisoni cùm nuberet, iussa est ad C. Cæsarem Caligulam deduci. hanc Caligula intra paucos dies repudiauit, ac biennio pōst relegauit, quod repetiisse vsum prioris mariti tempore medio videbatur. Suet. in Caligula.

LOLLIA Paulina, C. Memmij Consularis, ac exercitus Ducis vxor fuit. hanc quoque, facta mentione auiæ eius, vt quondam pulcherrimæ, subito ex prouincia euocauit C. Cæsar Caligula: ac perductam à marito iunxit sibi, breuique misfam fecit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu. Vide ut supra.



CAESONIA neque facie insigni, neque ætate integra, matérque iam ex alio viro trium filiarum, sed luxuriæ ac lasciuiae perditæ, & ardentius & constans amata est à C. Cæsare Caligula: quam sāpe chlamyde peltaque & galea armata, & iuxta adequitantem militibus ostēdit, amicis verò etiam nudam, quam enixam vxorio nomine dignatus est, vno atque eodem die professus & maritum se eius, & patrem infantis ex ea natæ: nec vlo firmiore indicio sui seminis esse credebat infantem hanc, quā feritatis, quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infestis digitis ora & oculos simul ludentium infantium incesseret. periit cum viro Cæsonia, gladio à Centurione confossa, cuius etiam filia parieti est illisa. Vide ut supra.



**H E R O D E S** Agrippa Aristobuli filius, ac magni Herodis Ascalonitæ nepos ex filio, Romæ agens, Tiberij nepotis curam suscipit: verū ab Eutycho liberto accusatus, iussu Tiberij in vincula coniicitur: quo Imperatore defuncto, statim è vinculis liberatur, diadematèque regio à C. Caligula, cuius curam gesserat, donatur: nam Rex Tetrarchiæ Philippi ac Lyfaniæ designatur anno mundi 4000. à Christo nato 38. **Quinetiam** Claudius, qui Caligulæ successit, Agrippæ huius regnum ratum habuit, omne Herodis quoque Antipæ exulis Imperium addens: atque Herodem fratrem (nam Antipas patruus erat) Chalcidis Regem creat. Hic est Herodes ille qui Iacobum maiorem obtruncavit ac D. Petrum in carcerem trusit, & ab Angelo percussus, à vermibus post diem quintum erosus est. Vide Acta Apost. cap. 12. Sed vt ad Agrippam nostrum redeam, hic Herodiadem sororem, eiisque virum Antipam, contra ipsum nonnihil molientes, præuenit: exiliique eorum occasione præbuit, misso ad Caligulā Fortunato liberto cù literis. Vide Ioseph. li. 18. ca. 12. 13. & 14. Variat autores in hoc Agrippa & fratre prædicto, alij alia huic, alia illi tribuentes: sunt & qui vnum tantum ex his duobus faciant, quem Herodem Agrippam vocant.

**A G R I P P A** iunior prædicti filius, seu nepos, defuncto Herode Chalcidis Rege prædicto, Chalcidis Rex designatur, à Cl. Tiberio, qui Caligulæ successit, nempe anno mundi 4011. à Christo nato 49. Fuit hic ultimus Iudeæ Rex, prudēs, Hebræa Latinaque lingua doctus. Hoc Rege Titus Hierusalem captam exussit. 17. agebat annum, moriente patre, seu auo, cùm Romæ à Cæsare aleretur. Porrò Cæsar Cuspium Fadum huius immaturi loco, Iudeæ praefecit: cui succedit Felix, & huic rursus Porcius Festus. Vide Ioseph. Hebr. diu descript. lib. 5. cap. 46.



**D R U S U S**, Claudijs Cæsaris pater, olim Decimus, mox Nero prænomine, ex Livia Drusilla natus est, intra mensem tertium quām grauida abducta esset ab Augusto, ex contubernio ac matrimonio Tiberij patris Imperatoris: fuitque suspicio ex vitrico per adulterij consuetudinem procreatum Drusum. Is in Quæsturæ Præturæque honore, dux Rhætici, deinde Germanici belli, Oceanum Septentrionalem primus Romanorum ducum nauigauit: transque Rhenum fossas noui & immensi operis effecit, quæ Drusianæ vocatae sunt: hostem frequenter cæsum in intimas solitudines egit. Initio consularu, atque expeditione repetita, obiit diem in æstiuis castris, quæ ex eo scelerata sunt appellata. Hunc Augustus tantopere & viuum dilexit, vt cohæredem semper filii instituerit: & defunctum ita pro concione laudauerit, vt deos precatus sit similes ei Cæsares suos facerent: sibique tam honestum quandoque exitum darent quām illi dedissent. nec contentus elogium tumulo eius, versibus à se compositis insculpsisse, etiam vitæ memoriam prosa oratione composuit. Vide Suet. in C. Clau. Cæ.

**A N T O N I A** minor, Drusi supradicti vxor fuit, ex qua liberos complures suscepit, verū tres omnino reliquit, nempe Germanicum, Liuillam, & Claudiū, qui postea imperauit. Hæc Antonia M. Antonio, & Octavia genita est, quæ sororem habuit maiorem eiusdem nominis, Domitij Aenobarbi vxorem. Vide Plutar. in M. Antonio.



**C L A V D I V S**, Drusi Germanici ex minore Antonia filius, Liuillæ & alterius Drufi frater, Romæ post Caligulam imperat anno mundi 4004. à Christo nato 42. Hic Lugduni natus est, quem mater portentum hominis dictitabat: auia Augusta pro despectiss. semper habuit: soror Liuilla, cum audisset imperaturum, tam iniquam sortem pop. Ro. palam detestata est. Fortunæ ludibrio ad imperium, cum latitaret extrema pertimescens, interfecto Caligula, venit: quod non minore socordia quam crudelitate per annos ferè 14. vexavit. Britannæ bellum intulit, eamque in ditionem accepit. Orcades insulas Ro. imperio addidit. Hic Messalina vxore sua vix dum suppicio affecta, quod C. Silio nupsisset, Agrippinam Germanici fratris filiam, nouo exemplo, liberis duobus nouercam superinduxit: cum paulò ante pro concione confirmasset, quatenus sibi malè cederent matrimonia, in celibatu se permansurum, ac nisi permanisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum. Præterea Britannico filio priuignum Neronom anteposuit: cuius insidiis, & Agrippinæ matris, veneno in boleto dato periit, anno ætatis 64. imperij 4. exortus crinitæ stellæ, tantumque de cœlo monumentum Drufi patris, præfigia mortis eius præcipua fuere: & in ultima cognitione pro tribunali accessisse se ad vitæ terminum semel atque iterum pronuntiavit. Vide Sueto. in Claud. Cæs.

**A E M I L I A** Lepida, Augusti proneptis, Pauli AEmilij Censoris filij, & Iuliæ, neptis Augusti, filia, prima omnium desponsata est Claudio: sed eam, quod parentes eius Augustum offendebant, virginem adhuc repudiauit. Sueto. in Clau-



**L I V I A M E D U L L I N A**, cognomine Camilla, è genere antiquo Dictatoris M. Furij Camilli (cuius meminimus in priori huius operis parte pag. 125.) eo ipso die qui erat nuptiis Claudij Imp. atque huius Medullinæ destinatus, morbo periit. Vide Sueto. in Claud.

**P L A V T I A H E R C V L A N I L L A**, triumphali patre nata, eidē Claud. Imp. nupsit, cum qua diuortiū ille fecit, ob libidinū probra, & homicidij in virum suspicionē. ex hac Claudiatu suscepit, & Drusum, quem puberē amisit, pyro per lusum in sublime iactato, & haitu oris excepto strangulatum, cui & filiam Seiani despōderat. Vide ut supra. Cæterū de Seiano homine præpotente ac prædiuite, cui tandem fortuna nouercā se præstítit, vide Iuuenalem Satyra 10. nam huius exēplo nimias opes, potentiam ac fastum multis exitio esse ostēdit Iuuenalis, his versibus.

*Quosdam præcipitat subiecta potentia magna  
Inuidie, mergit longa, atque insignis honorum  
Pagina, descendunt statuæ, restemque sequuntur.  
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis  
Cedit, & immeritis franguntur crura caballis:  
Iam stridunt ignes, iam follibus atque caminis  
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens  
Seianus, deinde ex facie toto orbe secunda,  
Fiant vrceoli, pelues, sartago, patella.  
Pone domi lauros, duc in capitolia magnum  
Cretatumque bouem, Seianus ducitur vncio  
Specandus: gaudent omnes. &c.*



**AELIA PETINA** Consulari patre nata, mox, repudiata Plautia Herculanilla, nupsit Claudio Imp. cum qua item diuortium fecit, ob leuiculas offensas. ex hac Antoniā suscepit quam Cneo Pompeio magno, deinde Fausto Sylle collocauit, quorum alter à Pompeio magno, alter à Fausto Sylla, Syllae Felicis filio originem trahebat. Vide Suetonius in Clau.

**VALERIA MESSALINA** Claud. quoque Imp. nupsit: hanc cùm cōperisset vir, super cætera flagitia atq; dedecora, se absente, Caio Silio, iuuētutis Romanè pulcherrimo, etiam nupsisse, dote inter Auspices cōsignata, curavit interfici. Vide Cor. Tac. li. II. ad calcem. De hac item sic scribit Iuue. Saty. 6.

*—dormire virum cùm senserat uxor,  
Ansā palatino tegetem preferre cubili:  
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,  
Linquebat comite ancilla non amplius una,  
Et nigrum flauo crinem abscondebat galero,  
Intrauit calidum veteri centone lupanar,  
Et cellam vacuam, atque suam: tunc muda papillis  
Constitit auratis, titulum mentita Lycisca,  
Osten dītque tuum generose Britannice ventrem.  
Excepit blanda intrantes, a' que æra poposcit:  
Et laffata viris, nondum satiata recepsit:  
Obscurisque genis turpis, fumōque lucerne  
Fæda lupanaris tulit ad puluinār odorem.*


ex hac Messalina Clau. Octavia, & quem primò Germanicum, mox Britannicum cognominavit, suscepit. Vide ut supra.



**FELIX** constitutus est ab Imperatore Claudio præses, siue procurator Iudææ, Samariæ quoq; & Galilææ, & regionis quæ dicitur trans Iordanē, anno mundi 4015. post Christū natum 53. Tertullus corā hoc præside Paulum accusauit, Paulus vicissim pro se contra Tertullū causam dixit: quibus auditis distulit iudicium Felix in aduentum tribuni Lysiae. Hic Felix frequenter accersens Paulum, loquebatur cum eo, & audiuit ab eo fidē quæ est in Christū Iesum. Disputante autem Paulo de iudicio futuro, tremefactus Felix noluit ultra attendere, sed distulit in alium diē: simul sperabat quòd pecunia ei daretur à Paulo. De huius avaritia, & factione cum Ventidio, qua, gliscēte pernicie, arsisset bello prouincia, ni Quadratus Syriæ rector subuenisset, vide Cor. Tac. li. Anna. 12. item quatenus ad alia, vide Act. 24. ca. Euse. li. 2. ca. 20 Iose. li. Antiq. 20. cap. 9.

**DRVSILLA** Agrippæ soror, Aziazi Emesorū siue Amazorū Regis vxor cùm esset, & pulchritudine cæteris præstaret, Felix eam cōcupiuit: quare missō nuntio, eam in suam partem flexit: nam hæc spōte relicto priore marito, huius nuptias secuta est. Vide Ioseph. li. Antiq. 20. cap. 9.


B b b 2





**A N T O N I A** Marci Antonij & Octaviae sororis Augusti filia maior, Domitio Aenobarbo nupsit, ex quo matrimonio natus est Cneus Domitius Neronis pater, omni parte vitæ detestabilis, ut inquit Suetonius, in Nerono Imperatore Romanorum 6. de quo mox tractabimus.

**L E P I D A D O M I T I A** Cnei Domitij Aenobarbi patris Neronis soror fuit. Consulito Caium Suetonium Tranquillum in Neronis Imperatoris 6. vita, si initium sumas à Caio Iulio Cæsare, quod ubique factitamus. Cæterum quod attinet ad Aenobarbi cognomentum, atque huius vocabuli (quod sub obscurum est) rationem sive interpretationem, visum est quod scriptum reperi edere. Cum, itaque, Castor & Pollux Helenæ fratres, Domitio victoriā aliquando nuntiarent, ipsēq; narrantibus minimè crederet, malas, barbamque manibus attestarunt, atq; eam contrectando (si credere dignum est) ex fusca flauam effecerunt: vnde à rutilo, æneoque barba colore, Aenobarbi cognomen accepit Domitius, quod postea in familiam transiit, virisque ex ea ortis peculiare id nominis fuit. Vide Ludouicum Cælium Rhodiginum, lib. antiquarum etionum le 29. cap. autem 8.



**C N E V S** Domitius Aenobarbus, Neronis pater, ex Antonia maiore, vti dictū est, natus, omni parte vitæ detestabilis, primum occidit libertum, quod potare quātum iubebatur recusarat: deinde in viæ Appiæ vico, repente puerum citatis iumentis haud ignarus obtrixit: & Romæ medio foro cuidam equiti Ro. liberius iurgati oculum eruit. Perfidiae atque auaritiae maximæ fuit: argentarios pretiis rerum coemptarū, aurigarios mercede palmarum fraudauit. Maiestatis quoque, & adulteriorū, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberij reus, mutatione temporū euasit. Decessit morbo aquæ intercutis, suscepto, ex Agrippina Germanico genita, Nerone, malo ouo ex malo coruo. Suet. in Neronе.

**A G R I P P I N A** Germanici filia, ac Neronis mater, quem ex Domitio suscepit, nupsit secundò Claudio Cæsari patruo suo, quem blanditiis illexit, quemque tādem boleto sustulit, vt viam filio Neroni ad imperiū faceret. cæterum ipsa quoque ab eodē filio immisis percussoribus occiditur, exclamans percussori, Feri ventrem qui tam ferum monstrum tulit. Suet. in Neronе Cor. Tac. li. 14.





**C L A V . D O M I.** Nero, Domitio & Agrippina Germanico genita, genitus est. Hic adoptatus à Claudio Imperatore, successit ei in imperio, anno mundi 4017. à Christo nato 55. Orsus à pietatis ostentatione, ex Augusti præscripto imperaturum se professus est: liberalitatis, clemètiæ, comitatis exhibendæ nullam omisit occasionem. grauiora vextigalia aut aboleuit, aut minuit. tandem Caligulæ nepotē se præstítit, auunculo suo, simillimus: meritóq; fax orbis altera cum Claudio dictus est. Bonam partem Senatus interfecit, & præceptorē Senecam, bonis omnibus hostis, fratre, vxorem, matrem denique interfecit, cuius etiam cōcubitum appetiisse dicitur. Primus Christianū sanguinem, Petrō & Paulo interfectis, hausit. tāto se dedecore profluit, vt saltaret & cantaret in sena. Romā incendit, vt spectaculi eius imaginē cerneret, quali olim Troia capta arserat. Hic Britanniam penè amisit. Armeniam Parthi sustulerūt. Duæ tamen prouinciæ sub eo factæ sunt, Pontus, & Alpes. In Achaïa Isthmum perfodere aggressus, primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam, humeris extulit. Tandē ab omnibus destitutus, & à Senatu hostis iudicatus, cum quereretur ad pœnā, è palatio fugit, nec fortiter perire potuit, adiutus alterius, adiungendo ferro, manu: anno ætatis 32. imperij 14. Sueto. in Clau. Eutr. lib. 7. Egn. lib. 1.

**O C T A V I A.** Claudi & Messalinæ filia, vxor fuit Neroris, cuius consuetudinē citò aspernatus est, occiditq; eam sub crimine falso adulterij: cùm antea sæpe frustra strangulare meditatus, dimisisset eam vt sterilem, respondissētque corripientibus amicis, sufficere ei debere vxoria ornamenta.



**P O P P Æ A** Sabina, Tito Olio Quæstorio patre nata, Neroris vxor fuit, quam duodecimo die post diuortium Octauiae in matrimonium accepit, hanc dilexit vnicè: & tamen ipsam quoque iētu calcis occidit, quod se ex aurigatione ferò reuersum grauida & ægra conuiciis incesserat. hæc antea nupserat Rufo Crispino Equiti Romano. huic Poppeæ omnia alia fuere præter honestum animum: sermo cōmis, nec absurdum ingenium: modestiam præferebat, & lasciuia tamen ytebatur: famæ nunquam pepercit, maritos & adulteros non distinguens. Vide Sueto. in Nerone. hæc luxu supramodum diffuebat, autore Plin. lib. 34. cap. 11. in hac verba: *Nostra etate Poppea coniux Neroris principis, delicatiōribus iumentis suis soleas ex auro quoque induerē solebat.*

**S T A T I L I A** Messalina (altera quidem à Valeria illa Messalina Claudi uxore, de qua à nobis dictum est supra) vxor quoque fuit Neroris: hac vt potiretur, virum eius Atticū Vestinum Consulem in honore ipso trucidauit. Hæc erat Statalij Tauri bis Consulis, ac triumphalis, abneptis. Taurus hic temporibus Augusti amphitheatrum Romæ extruxerat. fuit alter eiusdem nominis, huius, vt opinor, Messalinæ frater, qui opes & hortos egregios, quibus Agrippina inhiabat, accusatus, vim vitæ suæ attulit. Sueton. in Nerone.



S. PETRVS inter Apostolos præcipiuus, frater fuit Andreæ etiā Apostoli. Ambo ex vico Galilææ, Bethsaida, ambo à Christo simul vocati sunt, cùm iacerent rete in mare, erat enim pescatores: quibus dixit, *Venite post me, & faciam vos fieri pescatores hominum; at illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.* Matth. 4. huic Christus resurgens dixit, *Pasce oves meas.* Ioá 21. Antiochiæ præfes fuit: euangelium dispersos Iudæos in Pôto, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithynia docuit. Diony. Corynt. Epif. scripsit S. Petrum & Paulum eodem die Romæ iussu Neronis passos. Petrus capite ad terrâ verso, fertur crucifixus, afferens se indignū ut crucifigeretur sicut Dominus suus. epistolas complures scripsere, quas habes in nouo testamēto. vide item Euse. li. 3. ca. 1. & 2. D. Iero. scripsit Petrum ad expugnandum Simonem Magum, Romæ perrexisse, ibique pôfificatum 25. annis tenuisse, vsq; ad ultimum Neronis annum.

S. PAVLVS de tribu Beniamin, & oppido Iudææ Giscalis fuit, quo à Romanis capto, cum parétabus suis Tarsum Ciliæ cõmigravit: à quibus ob studia legis missus Ierusalem, à Gamalièle eruditus est. Cùm autē interfuisset neci D. Stephani, & acceptis à Pôfifice tépli epistolis, ad Christianos persequendos, Damascum pergeret, reuelatione ad fidem, ac miraculo velut cõpulsus, vas electionis de persecutore factus est. Docuit gentes Euágelium annos 21. duobus annis Cesareæ tantundémque Romæ in carcere fuit: at Romæ è carcere exhibat quò vellet, sub cuffodia tamen. hinc liberatus atq; absolutus, cùm causam ipse suam coram Nerone egisset, liberè denuo docuit Euangelium decem annis. at iterum in carcerem cõiectus, capite truncatur, anno mundi 4030. à Christo nato 68.



S E R G I V S Galba, Galbæ Imperatoris pater, Romæ Consulatu functus, quamquam breui corpore, atque etiam gibber, modicæque in dicendo facultatis, causas tamen industrie actitauit. Hic vxores habuit Mummiam Achaiam, item Liuiam Ocellinam, ditem admodum & pulchram: à qua tamen nobilitatis causa appetitus vltro existimatur, & aliquanto enixius, postquam subinde instanti, vitium corporis secretò posita veste detexit, ne quasi ignaram fallere videretur. Crati quoque Thebano idem contigit, cùm Hipparche eum maritum optaret. Vide quatenus ad Sergium, Sueto. in Galba.

M U M M I A Achaiæ neptis Catuli, proneptisque L. Mumij qui Corinthum excidit, vxor Sergij Galbæ fuit, ex qua Caium & Sergium procreauit: quorum maior Caius attritis facultibus vrbe cessit, prohibitusque à Tiberio sortiri anno suo Proconsulatum, voluntaria morte obiit: Sergius verò post Neronem imperauit. Vide Sueto. in Galba.

B b 5






S E R G I V S Sulpitius Galba, Romæ post Neronē imperat anno mundi 4030. à Christo nato 68. Hic nullo gradu Cæsares contingebat, nam horum familia, siue progenies in Nero ne defecerat: nobilissimus tamen erat, magnaq; & vetere pro sapia. Antequam imperaret mula fertur peperisse. Hic cùm Prætor esset, elephantos funambulos edidit ludis Floralibus. Maiore ab initio fauore quām lāto successu, septimestre imperium tenuit annos natus circiter 80. priuata eius vita insignis fuerat militaribus & ciuilibus rebus. Tandem auarum, sæuum, pigrum se præstitit; atque inuisus omnibus, in medio foro, infidiis Othonis iugulatur: nam cùm subinde iactaret se legere militem, uon emere consuesse, eo nomine omnes milites exacerbavit. sed maximè fremebat superioris Germaniæ exercitus fraudari se præmiis: quarē statim legationem ad prætorianos cum mandatis destinant: displicere inquiunt Imperatorem in Hispania factum; eligerent ipsi quem cuncti exercitus probarent. quamobrem aſcitus Otho eum trueidari curauit. Vide Sueto. in Galba, Eutro. lib. 7. Bap. Egna. lib. 1.

L E P I D A vxor fuit Galbae Imperatoris, qua amissa, duobusque ex ea filiis, remansit in coelibatu: neque solicitari vlla conditione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem matris Neronis, viduatæ morte Domitij Aenobarbi, quæ maritum quoq; adhuc, necdum coelibem Galbam, adeò omnibus solicitauerat modis, vt in conuentu matronarum correpta iurgio, atq; etiam manu pulsata sit à matre Lepida. Sueto. in Gal.



L. O T H O , Imperatoris Othonis pater, materno genere præclaro, multarūmque & magnarum propinquitatum, tam charus, tamq; non abſimilis facie Tiberio principi fuit, ut plerique procreatū ex eo crederent. Hic urbanos honores, Proconsulatum Africæ, & extraordinaria imperia ſeueriffimè administrauit. Senatus hunc honore rarissimo, statua in palatio posita, proſecutus eſt: & Claudius allectum inter Patricios collaudas hunc ampliſſimis verbis, hæc quoq; adiecit: *Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem.* Sueton. in Othone.

A L B I A Terentia ſplendidissima foemina, L. Othonis vxor fuit, quæ peperit illi L. Titianum, siue Terentianū, & minorem Marcum, cognominem patri, Othonemq; appellatum, qui post Galbam imperauit: peperit quoq; filiam, quam nondum nubilem Druso Germanici filio despōdit, Consulito Suetonium in Othone.





M A R C . S . O t h o octauus, Galbæ succedens, Romanis imperat anno mundi 403 i. à Christo nato 69. A prima adolescentia prodigus, procax, & mollis extitit, Neroni etiā familiaris, die quem Nero necandæ matri destinarat, ad auertendas suspitiones cœnā vtrique exquisitissimè comitatis dedit. Specrauerat fore vt adoptaretur à Galba: sed Pisone prælato ad vim conuersus est, instigante, super animi dolorem, etiam magnitudine æris alieni. Neque enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse, nihilque referre, ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet. Quare missis qui Galbam, & Pisonem trucidarent, ea ipsa die qua Galbā manè salutarat, osculo etiam vt consueuerat exceptus, Imperator salutatur. Ad conciliandos pollicitationibus animos nihil magis pro cōcione testatus est, quām id demum se habiturum quod sibi milites reliquissent. Dicitur noctu per quietem pauefactus, gemitus maximos edidisse, repertusque à concursantibus humi ante lectū iacens, à quo manes Galbæ eum deturbarant: quod fatebatur ipse met vidisse. Hic leui prælio victus à Vitellij ducibus, finistram sibi papillam pugione transfixit: cùm tamen complures adhuc copias haberet, & petetibus militibus ne tam citò de belli euētu desperaret, dixisset, *se tanti non esse, ut propter eum ciuile bellum oritur.* Vixit annos 38. imperauit menses treis: adeò militibus charus vt multi ad eius exemplum, ante mortui pedes se interfecerint. Suet.in Othonē.



L. V I T E L L I V S , A. Vitellij Imperatoris pater, Syriæ præpositus, Artabanum Parthorū Regem summis artibus non modò ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionū Signa pellexit. Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios Consularus, Censurāmque gescit. Curam quoque Imperij sustinuit absente eo, expeditione Britannica: vir innocēs & industrius, sed amore libertinæ perinfamis. Idem miri in adu lando ingenij, primus C. Cesarem Caligulam adorari vt Deum instituit, primusq; adorauit, non aliter adire ausus, quām capite velato circunuertens se, deinde procumbens. Hic à Valeria Messalina petiit vt ei pedes præberet excalceandos: detratumque socculum dextrum inter togam tunicāmque gestauit assiduè, nonnunquam osculabundus, idque factitabat, vt nulla non via, atque arte, principem vxori addictū demeretur. Decessit paralyfi altero die quām correptus est. Sueton.in Vitellio.

S E X T I L I A , probatissima, nec ignobilis fœmina, Lucij Vitellij prædicti vxor fuit, quæ ei peperit duos filios, quos eodem anno ambos Consules, cum maiori minor in sex menses successisset, vterque parens vidit. Alter ex his filius, Aulus Vitellius, post Othonem imperauit: cuius genitaram, siue nativitatem, aut natalis horæ inspectionem, à Mathematicis prædictam ita exhorruerunt parentes, vt pater magnopere contenderit ne qua ei prouincia viuo se cōmitteretur: mater & missum ad legiones, & appellatum Imperatorem, pro afflicto statim lamentata fit. Vide Sueton.in Vitel. prædixerant Mathematici Aulum Vitellium futurum quidem Imperatorem: sed in imperio per vim cruciabiliter peritum.



A V L V S Vitellius, à Galba in inferiorem Germaniam missus est. Aduentantem, malè animatus erga principē exercitus, libens ac supinis manibus excipit, velut dono Deūm oblatum III. Cons. filiū, x̄tate integra, facili ac prodigo animo. hāc de se veterē persuasionē auxerat, tota ipse via milites obuios exosculetus, pérq; diuersoria comis, manē singulos iamne ientassent sciscitatus, sēque fecisse, ructu quoque ostēdens. nil cuiquā negauit, atq; etiā vtrō reis sordes, dānatis supplicia dēpsit: Quare vixdū mense transacto, subitō à militibus ē cubiculo raptus, vt erat, in veste domestica, Imperator consalutatur anno mundi 4031. à Christo nato 69. Hic in ientacula, prādia & cōnas, facili omnibus sufficiebat vomitandi cōsuetudine. Cōna ei data est aduentitia à fratre, in qua, super cæteros sumptus, 2000. le- etissimorū pisciū 7000. auium apposita sunt. hāc quoque exuperavit ipse, dedicatione patinæ, quam cīpeum Mineruæ dīctabat. Sæuus fuit, nam & eius hāc vox est, optimè olere occīsum hostē, & melius ciuem. Vespasiano principe declarato, cōno simōque iactatus, vestēque discissa in forum tractus, subiecto ad mentū gladio, tandem minutis, iictibus excarnificatus, vncō trahitur in Tyberim. Suet. in Vitell. vixit an. 57. rexit menses 8.

P E T R O N I A Consularis viri filia, Vitellij vxor prior, Petronianū altero captum oculo peperit, quem pater interemisse creditur, insimulatum parricidij, post matris obitum.



G A L E R I A Fundana, A. Vitellij vxor, Prætorio patre nata, liberos vtriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris prope mutum. Suet. in Vitell.



T. F L A. Sabinus, Vespasiani imperatoris pater, Tit. Flau. Petronio munice Reatino natus est, eo, inquā, qui bello ciui- li Pompeianarum partium Centurio fuit, ac ex acie Pharsali- ca domum se contulit, vbi venia, & missione impetrata, coa- ctiones argentarias factitauit. Porrò Sabinus Vespasiani, vt di- xi, pater (nā de auo Principis quæ prælibauimus, dicta sunt) ex- pers militiæ (etsi quidam eum Primipilarē, nōnu lli cùm adhuc ordines duceret, sacramēto solutū per causam v aletudinis tra- dūt) publicanū quadragesimē in Afia egit, fuerūntq; imagines à ciuitatibus ei sub hoc titulo positę, Recētē vētigalia exigēti. postea fēnus apud Heluetios exercuit, ibique diē obiit, superstiti- bus vxore Vespasia Polla, & duobus ex ea liberis, Sabino vide- licet, altero ab illo priore Principis patre, & Vespasiano: horum maior Sabinus, Principis frater, ad præfecturam vrbis, minor verò Vespasianus, ad imperium euectus est. Vide Suetonium in Vespasiano Imp.

V E S P A S I A Polla T. Flauij Sabini vxor, superstes fuit vi- ro cum duobus ex eo liberis, quorum maior Sabinus ad præfe- turam vrbis, minor Vespasianus ad principatum vsq; proce- sit. Hāc Polla Nursiæ honesto genere orta patrem habuit Ve- spasium Pollionem, ter Tribunum militum, præfectūmque castrorum, fratrēmque Senatorem prætoriæ dignitatis. Sueton. in Vespasiano,



**F L A V I A D O M I C I L L A** Vespasianus natus est in Sabinis ultra Reaten, vico modico, cui nomen est Phalacrine, quinquenio antequam Augustus obiret. Claudio principe, legatus legionis in Germaniam missus est: inde in Britannię translatus, tricies cum hoste conflixit. Duas validiss. gentes, superque 20. oppida, & insulam Vecten, Britannię proximam, in deditioне redegit. Missus ad comprimēdos Iudeos de Ierusalem cum filio triumphauit. Mortuo Othonе hic à Mœsiaco exercitu Imperator creatur posthac qui erat Aegypti præfectus primus in verba Vespasiani legiones adegit, post paucos dies Iudaicus exercitus apud ipsū iurauit anno mundi 4032. à Christo nato 70. Misso itaq; exercitu aduersus Vitellium, in Alexandriam transit, vt claustra Aegypti obtineret: statimq; venere literæ fusas apud Cremonam Vitelli copias, ipsum in vrbe interfecitum nuntiantes. Romam igitur reuersus Vespasianus, afflictam propè, nutantemq; remp. stabiliuit primò, deinde ornauit. Cum adolescens vnguento frangrās pro impetrata præfectura gratias ei ageret, maluissem, inquit allium oboluisses, literasque reuocauit. Achiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samū libertate adēpta, item Tracheam, Ciliciā, & Comagenē, ditionis regiæ vsq; ad id tempus, in provinciarum formā redegit. Modestiam retinuit & cōmitatem: iustis suppliciis illachrymauit, offensarū minimè memor: ingenia & artes maximè fouit: Sola culpatur avaritia. Tandem septua genarius ac stans obiit inter manus subleuantium, Imperatorem dicens sicutem mori oportere. imperauit annos 10. Sueto, in Vesp.

**F L A V I A D O M I C I L L A** Vespasiani vxor, peperit ei Titum, Domitianum & Domicillam: vxorem & natam priuatius adhuc amisit Vespasianus. Vide ut supra.



**T I T U S** Vespasianus Romæ post patrē imperat anno mundi 4042. à Christo nato 80. Hic amor & deliciæ humani generis dictus est: faciūdus, bellicosus, moderatus fuit, clemens & liberalis: quas virtutes per totum principatū magis cōmendauit & vitæ anteacte licetia, & sub initia luxuriæ & avaritiæ suspicio, vt Neronis tyrannidē pleriq; auguraretur. Sed mutatus, adepto imperio, in melius, declarauit eiusdē esse ingenij & pessima & optima interdū ferre. Amicos elegit reip. necessarios: Berenicē statim ab vrbe dimisit, inuitus inuitam, nulli ciuium quicquam ademit: ac ne confessas quidē, ac solitas collationes recepit, nec tamen eum quisquam munificētia præuerit: recordatūsq; aliquando super cœnam, se nil in quenquā toto die contulisse, dixit: *Amici, diem perdidī huius etiā & hæc vox est, Neminem oportere à sermone principis triftem discedere.* Dedit nauale prēlium, atque vno die 5000. omne genus ferarū exhibuit. Ad perdomandam Iudeā à patre relicta 12. propugnatores totidem sagittarū confecit ictibus, cepitque Ierusalē natali filiæ suæ, rāto militū gaudio, vt eum Imperatorem cōsalutarint. hic matres etiam filios in edulium pararunt. Fratrem insidiantem, nec occidit, nec relegauit: sed vt à primo imperij die, confortem successorēmque testari perseuerauit. Cæterum obiit febre eadē qua pater villa, ætatis an. 41. imperij 2. Vide Suetonium.

**A R R I C I D I A**, Tertullo patre E-quite Romano nata, Titi vxor fuit.



**M A R T I A** Fulvia splēdidigenēris, Tito quoque, mortua Arricidia, nupsit: cum qua, suscepta filia, diuortium fecit. Sueto, in Tito.



**F L A. D O M I T I A N V S**, post fratrem Titum Romæ imperat anno mundi 4044. à Christo nato 82. Adolescentiam cum infamia, & paupertate transgit. Expeditionē in Galliam & Germanias non necessariam inchoauit, tantum ut fratri se & operibus & dignatione adæquaret. Patre defuncto, iactare non dubitauit, relictum se principem imperij, sed fraudē testamento adhibitam. Initio principatus sui, secretum horariū quo tidie sumebat, nec quicquā amplius quam muscas captabat, ac stylo præacuto configebat: ut non absurdē responderit Vibius Crispus, ne muscam quidem cum Cæsare esse. Varium se præsttit aliandiu, mixtura quadā inæquabili virtutum ac vitiorū: donec virtutes quoq; in vicia deflexit, super ingenij naturam, inopia rapax, metu fæuus. De Cattis, Dacisq; post varia prælia duplice triumphum egit: de Sarmatis lauream Capitolino Ioui retulit. Superbus hic, tandem Dominum & Deum se appellari coëgit: nullam sibi nisi auream & argenteam statuam poni passus est. crudelis etiam consobrinos, item nobiliss. ex Senatu interfecit. Per hæc terribilis cunctis & inuisus, multis vulneribus cōfoditur, suorū, vxoris quoq; coniuratione, anno ætatis 45. imperij 15. Funus eius per vespillones cum ingenti dedecore exportatur, & ignobiliter sepelitur: radendū eius nomen Senatus decernit, omniāque eius acta rescindit. *Suetonius in Domiti.* Eutr. li. 7.

**D O M I T I A** Longina Ælio Lamiæ nupta, à Dom itiano abducitur, ante quam imperaret. hanc Paridis histrionis amore deperditam, repudiauit: intraque breue tempus impatiēs diffidit, quasi efflagitante populo, reduxit.



**C O C C E I V S** Nerua, Romæ post cædē Domitiani, Imperator designatur, anno mundi 4059. à Christo nato 97. Et hactenus Romæ seu per Italiam orti imperium rexere: hinc aduenæ. vnde compertum, urbem Romā extenorū virtute creuisse: quod aurea gibba Domitiano post ceruicem in somnis enata, portēdit. Hic quicquid antea pœnæ nomine, tributis accesserat, indulxit: afflictas ciuitates releuauit: puellas, puerosq; natos parentibus egenis, sumptu publico per Italiam oppida ali iussit. Quæ in aula reperta sunt, ex bonis quæ Domitianus per vim abstulerat, restitui curauit. Serui & libertorū plurimi, dominis atque patronis insidias fecerāt, hos ad vnu occidi imperauit. Ad sustentādam ciuium vitam plus 100000. aureorum erogauit, & quosdā Senatorij ordinis delegit qui agros emerēt, eosque egenis diuiderēt. Pecuniæ inops factus, vestes primū & vasa aurea & argentea, siue sua propria siue publica forent auctioni subiecit: agros, item ingētes domos, & omnia demum præter admodum necessaria vēdedit. Nihil vnuquam de suo arbitrio statuit, sed primarios viros in cōfiliū semper adhibuit. Cū ob senectam contemptui esset, Traianum Hispanum, publicæ utilitati societatem sanguinis postponens, præteritis cognatis propriis, adoptauit. in coniuratores clemens fuit. obiit ferè septuagenarius, sudore correptus dū voce quam maxima, cōtra quēdam inclamaret suggerēte ira, tunc Solis deliquum factum est. imperauit anno vno, & mēsibus 4. Dion Cass. Autel. Viñt. Bap. Egn. lib. i. Eutro. li. 8.



M. VLPIVS Traianus Hispanus, optimus omnium principes, externorum primus, Romæ imperat anno mundi 4060. à Christo nato 98. Hic Daciam prouinciam fecit, visto rege Decebalo: lapideum pontem in Istro fecit, Parthos superauit, superatis Regē dedit. Transtigritanas prouincias imperio adiecit: Armeniam atque Arabiam peruastauit: Amicitias, simplicia ac erudita ingenia coluit, ipse à literis & Musis non abhorrens. De hoc Cæsare scribit Iuuenal is Satyra 7.

*Et spes, & ratio studiorum in Cesare tantum:  
Solus enim tristes hac tempestate Camænas  
Respexit, &c.*

Hic Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam, postea Arabiam prouincias fecit. in mari rubro classem instituit, vt per eam Indiae fines vastaret. Gloriam tamen militarem ciuitate & moderatione superauit: liberalis in omnes fuit: immunitates ciuitatibus tribuit. amicis culpantibus quod nimis circa omnes comis esset, respondit, *Talem se Imperatorem esse priuatis, quales esse sibi Imperatores priuatus optassit.* in summa, Deo proximus habitus est. E Perside rediens profluuo vetricis obiit anno ætatis 62, imperij ferè 20. Eutr. lib. 8. Aure. Viæ. fuit paululum cibo, vinóque deditus.


PLOTINA Traiani vxor fuit, quæ tam modestè & sanctè in summa se potestate gescit, vt de ea nullus iure conqueri potuerit. huius factione Traianus Traiani Procurator, Adrianū Imperatorem declarauit, cum sine liberis excessisset Traianus, & hæc Adriani amore flagraret, qui vicinus & potens erat. Dion Cassius.



ÆLIVS Adrianus, cognomento Afer, Adriani Imperatoris pater fuit, ac Traiani consobrinus: huius origo vetustior à Picentibus, posterior ab Hispanensibus manat: siquidem Adria ortos maiores suos apud Italianam Scipionum temporibus residisse, in libris vitæ suæ Adrianus ipse cōmemorat. est autem Adria, seu Hadria, oppidum agri Piceni, quod etiā mari Adriatico nomen dedisse nonnulli censem: attramen huic refragatur opinioni Plin. li. 3. cap. 16. ab Atria Thuscorum oppido, Atriaticum mare dictum censens, quod post mutatione vnius tantum literæ Adriaticum dici cœpit. Cæterum quatenus attinet ad Ælium Adrianum, vide Ælium Spartianum, & Sex. Aurelium Victor. Sunt qui Hadrianum cum H, scribant: sunt qui sine H. Porro quod ad Adriam attinet, vide Strabonem li. 5. & 7. Geographiæ, & Plinium lib. 3. cap. 16.

DOMITIA Paulina supradieti Ælij Adriani vxor, Imperatorisque Adriani mater fuit. erat hæc Gadibus orta. Vide Ælium Spartianum.

Ccc 3





**ÆLIVS** Adrianus Romæ post Traianum imperat anno mundi 4080. à Christo nato 118. hunc, quanquam cōsobrinæ filium, viuēs noluerat adoptare Traianus, subindicarātq; se talem nolle successorem habere: attamen Plotinæ Traiani vxoris opera, Imperator est designatus: vti iā in Plotinā dixi. hic velut Traiani gloriæ inuidens, statim prouincias tres reliquit, quas Traianus addiderat, Assyriam, Mesopotamiam, & Armeniam: reuocauit exercitus, ac finē Imperij voluit esse Eufratem. Idem de Dacia facere conatū, amici deteruerunt, ne multi ciues Ro. barbaris traderentur: nam Traianus victa Dacia, eō infinitas Ro. copias transtulerat, ad agros & vrbes colendas. miserabili tandem fato consumptus est, vt in semetipsum sœuire potuerit, si per domesticos licuisset. Imperauit annos 21. vixit 62. inuisum eum fecere viri illustres, non pauci sub eius exitum exilio aut morte multati. Eutro. li. 8. Egnat. li. 1. Literas coluit, doctorum nunc irrisor, nunc fautor.

**S A B I N A** Adriani vxor fuit, quam si priuatus vixisset, vt morosam, & adulterij suspectā dimisisset: nec sine rumore dati ab eo veneni, obiit hæc. Vide Æl. Spartianum.




**A N T I N O V S** iuuenis formisiss. ex Cithynide quā Claudiopolim vocarunt, vrbe Bithyniæ, ortus, in Nilo periit: hunc Adrianus muliebriter fleuit, accoluit: vrbe ad Nilum de nomine eius condidit: statuas ei per orbem terrarū erexit: templum quoq; & sacerdotes ei apud Mantineam instituit. Hunc Græci volente Adriano cōsecrarunt, oracula per eum dari afferētes, quæ Adrianus ipse edidisse iactitur. Vide Ælium Spar. & Dionē Cassium in Adriano: & Euse. li. 3. ca. 8. & li. 7. ca. 2.



**A V R E L I V S** Fulvius Antonini Pij Imperatoris pater, è Gallia Trāsalpina fuit oriundus: Consulatū gessit, homo tristis & æger. huius pater Titus Aurel. Fulvius, Imperatoris auus, per honores diuersos ad secundum Consulatum, & Præfecturam vrbis peruenit. Iulius Capitolin. in Antonino Pio.

**A R R I A** Fadilla Aurelij Fulvij vxor, & Antonini Pij Imperatoris mater extitit. huius Arriæ pater fuit Arrius Antoninus bis Consul, homo sanctus, & qui Nervam miseratus esset, quod imperare cœpisset. Iulius Capitolinus in Antonino Pio.

Ccc 4





T I. A V. F V L. B O. Antoninus Pius imperat post Adriatum anno mundi 410 i. à Christo nato 139. fuit genere claro, sed non admodū vetere: vir insignis, & qui meritò Numæ Ponpilio comparatur: Romulo item, & Traiano æquatur. Barbarorum plurimæ nationes depositis armis, ad eū cōtroversias suas litésq; deferētes, sententiaz eius paruerunt. Nullum sub eo bellum fuit. Amor ac timor gentium in eo certarunt: bellū mouere timebant aduersus principem, quē vt numen aliquod venerarentur: nec ille gloriæ ita cupidus, vt per aliorum damna, cādésque eam appeteret. Nam & à coniuratis vim omnem abstinuit, & in consciens quæri vetuit, ne plures inuerti, odium augerent. Hic ante Imperiū ditissimus opes suas stipēdiis militum, & liberalitate in amicos minuit: nihilominus tamen ærarium opulentū reliquit, febre obiit vitæ anno 78. Imperij. 22. Eutr. li. 8. hunc Adrianus adoptarat in locū demortui Ceionij, hac conditione vt eiusdem filium cum M. Antonino adopraret, quod & fecit: deinde ambo vnā adoptati, vnā item imperarunt.

A N N I A F A U S T I N A, Annij Veri filia, vxor fuit Antonini Pij, ex qua duos mares, duásq; femellas suscepit: harum maior Laimia Syllano, minor, M. Antonino Philosopho, qui postea imperat, nupsit. De Faustina hac multa dicta sunt ob nimiam libertatē, quæ Antoninus Pius cum animi dolore compressit. Iul. Capitolin. in Anto. Pio. obiit Faustina anno Imperij vii tertio.



A N N I V S Verus, pater Marci Antonini Philosophi Imperatoris, in Prætura decessit: cuius etiam pater, Imperatoris auus, iterū Consul & Praefectus vrbi, adscitus est in Patricios à principibus Vespafiano & Tito, Censoribus. Huius familia in originem recurrens, à Numa probatur originē trahere: vt Marius Maximus docet: item à rege Salentino Malennio, Dasumi filio, qui Lupias condidit. Iul. Capitolin.

D O M I T I A Caluilla, Caluisij Tullibis Consulis filia, Annij Veri vxor, & M. Antonini Philosophi Imperatoris mater fuit. hic Antoninus Philosophus, de quo statim amplius dicemus, patrimonium paternum totū sorori cōcessit: ac vbi cumperit se ab Imperatore adoptatū, magis est deteritus quām lætatus: iussusq; in Adriani priuatā domum migrare, inuitus de maternis hortis recessit. Cūm ab eo domestici quærerēt cur trifitis in adoptionem regiam transfiret, disputauit quæ mala in se cōtinet imperiū. Anno ætatis 18. adoptatus, in secundo Consulatu Antonini Pij, iam patris sui, per adoptionē, Adriano feren- te, gratia seu dispēsatione ætatis facta, Quæstor est designatus. Posthac Faustinam duxit vxorem, relicta filia Ceionij quæ illi pacta fuerat, sed impar ætate. Tribunitia potestate donatus est, suscepita filia ex Faustina, atq; Imperio extra urbem Proconsulari: tantūmq; apud Pium valuit, vt nunquā quenquam sine eo facile promouerit. Iulius Capitoli. in M. Antonino Philosopho: de quo etiam pagina sequente, plura suo loco dicemus.



M A R C. Antoninus Verus Philosophus, post Antoninum Pium imperat, anno mundi 4123. à Christo nato 161. Is fratrem & generū L. Anto. Verum ad Imperij partem nouo bene uolētiæ genere ascivit: tum primū duo hi æquo iure Imperiū administrarunt. M. Antoninū mirari facilius quis, quām laudare possit: à principio vitæ tranquillissimus fuit, adeò vt in infan- tia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex morore mutaret. hic vita, moribus, & eruditione Philosophus, tantæ admirationis fuit adhuc iuuenis, vt eum successore parauerit Adrianus relin- quere: adoptato tamē Antonino Pio, generum eide m Antoni- no idcirco hunc esse voluit, vt hoc ordine ad Imperiū perueni- ret. Contra Germanos eo principe res feliciter gestæ sunt. Bel- lum ipse vnum gesit Marcomannicū, sed quantum nulla me- moria fuit, adeò vt Punicis conferatur: quōd eò grauius est fa- ctum, quōd pestilentia, post victoriam Persicam, Italiam perua- serat, & maxima hominū pars, militum verò omnes ferè copiæ langore defecerant. Marcomannos igitur, & cum his Quados, Vádalos, Sarmatas, Sueuos fudit: multa millia interfecit. ærario exhausto pretiosam suam supellecti hastæ subiecit: Pánonias Marcománorum seruitio liberauit: Romæ cum filio triumpha- uit periit morbo, anno ætatis 61. Imperij 19. Eutro.li.8.

F A V S T I N A Antonini Pij & Faustinæ filia, M. Anton. Philosophi vxor fuit, ex quo Commodum, qui postea imperat, suscepit, non sine magna adulterij suspitione, & Lucillâ filiam. Iulius Capitolin.



L. C E O N I V S Commodus, qui & Ælius Verus, ab Adriano æuo iam ingrauescere, morbisq; tristioribus presso, ado- ptatus est, anno mundi 4098. à Christo nato 136. hic tantū Caesar est appellatus, & ab Adriano in Æliorum familiam asciv- tus, hoc est in Adriani transcriptus: Prætor factus est, & Panno- niis dux ac rector impositus, mox etiā Consul creatus. hic solus omnia quæ cuperet, vel per literas, impetrabat ab Adriano: cui (vt aiunt) acceptior forma quām moribus fuit: attramē reip, non ominino inutilis fuit, et si delicate vixurit. nam lectum mollem ac voluptarium extruxit: minuto reticulo vndique inclusum, eminentibus quatuor anaclinteriis, eūmque foliis rosæ, quibus demptum esset album, replebat, iacensque cum cōcubinis, ve- lamine de liliis facto se tegebat, vñctus odoribus perfidis: præ- terea accubationes ac mētas de rosis ac liliis, & quidē purgatis fecit, quæ et si non decora, non tamen ad publicam perniciem sunt. libros amorū Quidij in lecto semper habuit: Martiale, Vergiliū suum dixit. Cursoribus suis exemplo Cupidinum, alas s̄pē apposuit, ventorūmq; nominibus vocitauit, indefessè faciens eos cursitare. Vxori cōquerenti de extraneis voluptati- bus, dixit: Patere me per alias, exercere cupiditates meas, uxor enim dignitatis nomen est, non voluptatis. hic tandem valetudinarius obiit, superstite etiam Adriano: sepultusque est imperatorio funere Iuli. Capi. in Ceionio.

D O M I T I A Caluilla vxor L. Ceionij, peperit L. Annium Antonin. qui cum M. Antonin. Philosopho imperauit.



L. ANNIVS, Antoninus, Verus, aliás etiam dictus L. Alius commodus, Verus, qui cum fratre & socero M. Anton. Philosopho, eiusdē fratri benignitate, imperauit, neque inter bonos, neq; inter malos principes ponitur. hic contra Parthos à fratre missus, qui tum primū post victoriā Traiani rebellaue- rant, Antiochiæ & circa Armeniā agens, multa per duces, & ingentia patrauit. Seleuciam Assyriæ vrbem nobilissimam cum 500000. hominum cepit: Parthicum triumphum reuexit: cum fratre, eodēmq; socero, triūphauit. Deinde cum fratre ad Marcomannicum bellū profectus, in itinere periit apoplexia, sedēs cum fratre in vehiculo. Ingenij fuit parū ciuilis, reuerentia tamē fratri nihil vnquā atrox ausus. erat enim solus frater Imperator à Senatu dictus. obiit anno Imperij fratribus, & sui, 11. tunc M. Antoninus solus tenuit Imperium: ij autem fratres di- cuntur, non quōd sint iisdē parētibus prognati, sed, quatenus li- cet mihi ex autoribus historicis colligere, quōd M. Antoninus sorori huius primū nupsit: tum etiā quōd ambos adoptarat Imperator Antoninus Pius: vel potius quōd ex eadem mat' e- nati sint. Iul. Capi.

LVCILLA, filia M. Antonini Philosophi, nupsit L. An- nio Antonino supradicto: quāquam ex voluntate Imperatoris Adriani debebat hic L. Annius Anto. in vxorē accipere Fausti- nam, Antonini Pij filiam: verū cūm minimè congrueret am- borum ætas, nupsit potius Faustina M. Antonino Philosopho. Iul. Cap. in vita Veri principis, qui vñus & idem est cum hoc L. An. Ant. Vero, cuius nunc meminimus: qui filius fuit L. Ceionij Commodi, de quo paulò ante tractauimus.



L. ANTONIVS, siue Aurelius Commodus, succedit patri M. Antonino Philosopho: & quis talis Imperatoris filium reieciisset? ipse verò etiam patri non satis probatus, statim Caligulæ & Neronis simillimus euasit. cœpit post patrem impe- rare anno mundi 4142. à Christo nato 180. in scena s̄epe aurigæ habitu prodiit. ludis gladiatoriis & Dalmaticatus præsedidit, & in amphitheatro gladiator dimicauit. athletarum etiā more publicè se exercuit. quæ omnia actis inferenda publicis curauit. Cūm à patre decrepito moneretur, vt ne attritos iam barbaros fineret vires recipere, respondit: *Ab incolumi, quamvis pau- latim, negotia perfici posse, a mortuo nihil.* In summ a, nihil paternum cūm referat, iure à multis nothus dicitur: nec caruit hac nota mater: adeò vt aliquando viro suo dictum sit, vt eam repudias- ret, si non occideret: & dixisse fertur, *Si dimittimus, reddamus & dotem.* dotem intelligebat Imperium. Sed, vt ad Anto. Commo- dum reuertar, is tandem, autoribus Leto & concubina Martia, strangulatur, anno ætatis 32. Imperij 13. tanta omnium execra- tione, vt hostis humani generis etiam mortuus iudicaretur. Eutr. li. 8. Egna. Vic. Iuli. Capi. Oro. li. 7. cap. 16.

CRISPINA huius supradicti vxor fuit, cuius dolo Lucilla, Imperatoris soror, quam idem ille compresserat, periit. Ae- lius Lampri. in L. Antonino, siue Aurelio commodo.





P. ÆLIVS, siue Helius, Pertinax, Commodo successit, coactusque imperauit Læti opera, ac decreto Senatus, anno mundi 4155. à Christo nato 193. hic dum renuit Imperium suscipere, tale Pertinacis cognomen fortitus est: quāuis Capitolinus aliam huius nominis originē tradat. Libertino fuit genitus pater apud Ligures, genere quidē humili, virtute autē atque innocētia summa. Militia clarus Pertinax, in ea ad summas dignitates euectus est, vnde & *Pilæ ludus est dictus*. Summā de se expectationem omnibus cùm daret, Læti insidiis, qui imperium illi astruxerat, & militari factione, Iuliano, qui ei succedit, non inficio, imò conscio, periit, anno ætatis 71. Imperauit vix menses tres: cuius caput ab vrbe delatū est in castra. Nam cùm omnia in pristinū statū reducere conatur, à prætoriis cohortibus odio habitus, interimitur: acclamatū est adusq; defectum, *Pertinace imperante securi viximus, neminem timuimus: patri pio, patri Senatus, patri omnium bonorum.* hic ex Senatus consulo imperare iussus fuerat. Eutro.li.8.Bap. Egna.li.1.Sex. Aure. Vi&t. huius vitam vide fusius apud Iulium Capitolinum & Herodianum li.2.

FLAVIA Titiana Ælij Pertinacis vxor fuit. hanc Senatus nomine Augustæ donauit: filiumque eius nomine Cæsar is, quo titulos etiā recusabat pater, tanta præditus erat modestia. porrò Flavia palam cytharœdū amauit: Pertinax vicissim, cùm vxoris pudicitiā non vsque adeò curaret, Cornificiam perditè, & ad infamiam vsque deperisse dicitur. Julius Capitolinus.



DIDIVS Iulianus, qui & Saluius dictus est, Mediolanensis, imperium quod per scelus, necis imperioriæ conscius ipse, primus etiam licitatus esse dicitur, intra tertium mēsem à nece Pertinacis, cum vita simul amisit. Nam Seuero, ab exercitu Imperatore appellato, à Iuliano omnes defecerunt, qui ab eodem Seuero victus, tandem in palatio etiam iussu Senatus interficitur. neque enim militi gratus erat, ob non integrū donatiuum datum: & populo etiā inuisus erat, ob perfidiam in principē optimum, fuit Didius factiosus, præceps, regni audius, nobilis, iure peritisimus, neposq; Saluij Iuliani, qui sub Adriano perpetuum cōposuit edictum. educatus est apud Domitiā Lucillam, Marci Anton. Philosophi matrem. Imperium illi iussu Senatus arrogatum est, paulò ante necem. Eutro.li.8.Egna.li.1.Aure. Vi&t. & Hero.li.2. Vixit annos 56.

MALLIA Scantilla vxor, & Didia Clara filia Didij Iulianifuit. ambæ edicto Senatus Augustæ appellatae, & in Palatum à viro & patre vocatae, trepidæ, & quasi inuitæ introierūt, velut iam iam imminentis exitium præfigirēt. Filiam, potitus imperio pater, dato patrimonio emāciparat, quod ei cum Augustæ nomine obtruncato patre, statim sublatum est. Vide Ælium Spartanum in Didio Iuliano.



L. S E P T I M I V S Seuerus post Iulianum imperat anno mundi 4156. à Christo nato 194. Hic primus Afer ad imperij fastigium electus, ab Illyrico exercitu Imperator dicitur, hinc à Senatu. Pertinacem se appellari voluit in honorem eius qui à Julianu fuerat occisus. Parcus fuit, sœuus, bellicosus. Pescenniū Nigrum in Oriente, Clodiū Albinum apud Lugdunū deuicit: erant siquidem hi Imperatores ab exercitibus dicti. Orientem, Parthis, Arabibus, Adiabenis deuictis, Romano restituit imperio: Britannos tumultuātes cōpescuit, vallo à mari ad mare per 32000. passuum ducto: vbi etiam septuagenarius morbo articulare decepsit, anno imperij 18. Philosophiae ac dicēdi studiis de-ditus, latronū vbiq; hostis, vitam suam priuatam, publicām que composuit ad fidem: solū tamen vitium crudelitatis excusauit. De hoc Senatus ita iudicauit, *aut non nasci debuisse, aut non mori.* Eutro.lib.8.Egna.lib.1.Aur. Viēt.

M A R T I A , L. Septimij Seueri vxor fuit tum cùm Tribunatum plebis, Marco Imperatore decernēte, promeruit: de qua tacuit in historia vitæ priuaræ: ei tamen postea, cùm imperaret suipse, statuas collacauit: ex hac Bassianū, qui postea imperat, suscepit. Deinde Iuliæ nupsit, quā, domi minus cautus, adulteriis famosam tenuit, etiam coniurationis consciām: ex Iulia Getam quoque filium suscepit. Aelius Spart. in Seuero.



M. A V R E L. Antoninus Bassianus, dictus Caracalla, Seuero patri succedit, imperatque anno mundi 4174. à Christo nato 212. hic Lugduni genitus est, dictusque Bassianus ex aui materni nomine: Caracalla autem, quod cùm è Gallia vestem plurimam deuexisset, talarēsq; caracallas fecisset, coegerit plebem ad se salutandū talibus induitā caracallis. Antoninus porrò dictus est in honorē M. Antonini Imperatoris. Hic simulatque imperauit, fratrem ex patre, Getam nomine, falsō crimina-tum occidit ipse in gremio matri eius. Papinianum etiā Iuris-cōsultissimum occidi à militibus iussit, complurēsque alios. In summa, nullo in pretio apud populū fuit, etiam si uestes dedis-set, & thermas nominis sui, id est Antonianas, eximiè fabrefa-ctas, extruxisset. fuit patre duro crudelior, in eūmq; contumax, cibi & vini auidus, præter milites prætorianos omnibus castris exosus, Alexandri Magni admirator, quem, collo in læuum hu-merū detorto, reddere, & eius nomine vocari cuperet. Alexan-drinorum dicacitatē vltus est ingenti eorum cæde: Persas dolo magis quam virtute fudit. Cùm Carris iter faceret, apud Edes-fam secedēs ad onus ventris leuandū, à milite, qui quasi ad cu-stodiā sequebatur, occisus est anno imperij 6. ætatis 43. Herodian.lib.4.Egna.li.1.Eutr.lib.9.Aurel.Viēt. Aelius Spart.

I V L I A , quæ erat Caracallæ nouerca, eiusdem etiam vxor fui t. nam cùm esset pulcherrima, & quasi per negligētiā se ma-xima corporis parte nudasset, dixit Caracalla, *Velle, si liceret: at respondit hæc, Si libet, licet: an nec sis te Imperatorem esse, & leges da-re, non acciperem? tunc nuptias celebrat, eique copulatur, in cuius gremio, eius démque filium nuper confoderat. Ael. Spartan.*

D d d



O P I L I V S Macrinus obscuris parentibus ortus, Maurusij generis, proditor, & necis Caracallæ conscius, imperat anno mundi 4180. à Christo nato 218. vnâ cum Diadumeno filio formosissimo. hic Artabano Parthorū Regi grauiter necē suorum ciuium vindicāti, quos occiderat Caracalla, primò restitit: postea missis legatis petiit pacē, eam libenti animo, imperfecto Caracalla Parthus cōcessit. Inde cum se Antiochiam receperisset, ac luxuriæ operā daret, iustum causam necis suæ præbuit exercitu, ac Bassiani, vt putabatur, filium sequēdi, id est Heliogabali. fugiēs itaque cum filio in vico quodā Bithiniæ occiditur: caput eius ablatū ad Heliogabalum perfertur. Iul. Capito. Æl. Lam. vixit annos 50. imperauit menses 14. cuius caput amputatum ad Heliogabalum est perlatum.

M. A V R E. Anto. Bassianus Varius, Heliogabalus, victo Opi. Macrino imperat anno mundi 4181. à Christo nato 219. fuit hic impurus, superbus, crudelis: honores & dignitates cōrūlit in aurigas, mimos, histriones. cùm omnia sordidè ageret, ini- returque à viris, statim milites facti pœnituit: quare in Alexandrum, Heliogabali cōsobrinum inclinauere animos: tandemq; Heliogabalum, cum matre & satellitibus, interficiunt, operam etiam dante Alexátri matre, quæ militibus clam pecunias dabant. tractum est cadauer per Circi spatia priusquam in Tiberim præcipitaretur. Æl. Lamp. in Helioga. Herodianus li.5. vixit annos 18. imperauit 4.



A V R E L. Alexander Seuerus, ab Heliogabalo adoptatus, post eum imperauit anno mundi 4185. à natu. Christi 223. à prima pueritia bonis artibus imbutus, pius, māsuetus & liberalis exitit: Christianis fauit: vetuit ne mulieres vulgato corpore matrem illius Mammeā salutarent. in pretio habuit Vlpianum, & tāquam tutorem. bonorum principū vitam versibus descripsit. Fures valde persecutus est, quos inimicos reipu. dictabat. cum solus accumberet, librū ad mensam habebat: quādo coniuas habebat, aderat Vlpianus atq; aliquot alij, quorum doctis sermonibus ac disceprationibus recreabatur inter epulas. aduersus Parthos, quos vicit, exercitū duxit, habēs milites tantæ grauitatis & modestiæ, vt quacūque iter facerēt. Senatores esse dicentur, non milites. Ad Alexandri magni mores sese cōponebat, cùm eiusdem nominis esset, imò & exuperare satagebat, inquiens *multum interesse debere inter Romanum Alexandrum, & Macedonē*. clamabat sāpe, atq; per præconē proclamari iubebat, cùm aliquē emendaret, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*. Tandem factio militari vnâ cum matre in tentorio necatur. vixit annos 29. imperauit 13. Æl. Lampri. & Herodi. li.6.

M A M M E A, mater Alexandri Seueri, à quibusdam dicitur Christiana fuisse, & ab Origene edocta. hæc filiū eò coegerat, vt quæ mensæ supereffent edulia, quāuis permodica, altera vice apponerentur. Aurel. Vict. Ab. Vrsper. Euse. li.6. cap.16.

D d d 2



I V L I V S Maximinus Thrax, è militaribus imperauit cum filio eiusdem nominis, coactus à militibus, post Aurel. Alexandrum anno mundi 4198. à Christo nato 236. altus fuit pedes 8. & digitum: tam validus ut Hercules, Achilles, Ajax, Milo, Antæus vocitaretur: tam ferox ut Cyclops, Busiris, Sciron, Phalaris, Typhon, Gyges diceretur. hūc vñq; adeò reformidauit Senatus, vt vota in templis publicè fieret ne vnquam urbem ingrederetur. erat ei persuasum nisi crudelitate imperiū non teneri. simul verebatur ne propter humilitatē generis sperneretur (fuerat siquidem in prima pueritia pastor) quare ignobilis tegēdæ causa, omnes cōscios generis interemit. Aduersus hunc Senatus Pupienum & Balbinū Imperatores declarauit. Hic verò in Italiam statim cum exercitu descendit: Aquileiāq; frustra obseissa, à suis militibus penuria oppressis, cum filio discerpitur, conclamatiis cunctis militari ioco, *Ex pessimo genere ne catulum quidē habendum.* horū capita Romam perlata sunt. imperauit annos 3. vixit pater 50. filius 20. Herodi. li. 7. & 8. Iul. Cap. Aur. Viñt.

— G O R D I A N V S senior ab exercitu Africano, ipse Proconsul Africæ, Imperator factus vñà cum filio eiusdē nominis, à Senatu approbatus est: idque in odium Iulij Maximini anno mundi 4200. à Christo nato 238. At Capelianus, Mauritaniæ procurator, in gratiā Maximini bellum Gordiano mouet, vincit occubit Gordiani filius: pater laqueo se suspedit. imperauit annum & sex menses, quo tempore etiam imperabat Iul. Maximinus. Vide Iulium Capit.



M A X. P V P I E N V S, & Clodius Balbinus, siue Albinus, à Senatu Imperatores creati sunt, & Gordianus iunior Cæsar electus est: idq; aduersus Iulij Maximini innatā crudelitatem, anno mundi 4201. à Christo nato 239. Albinus in vrbe manet ad componendam rempublicam, Pupienus foris Iulium Maximum vincit. tandem ambo Romæ à militibus occiduntur, cùm parum cōcordi inter se animo rempublicam administrarent: erat præterea odio militibus, quod à Senatu Imperatores facti essent. Imperarunt annum vnum ab obitu Maximini. Iulius Capit. Bap. Egn. li. 1.

G O R D I A N V S 13. annos natus Romæ cum supradictis Imperatoribus, Maximo Pupieno, & Cladio Balbino, siue Albinno, imperauit. hic Senatui, populo & militibus charus, tum ob claritatem generis, tum ob peculiares animi dotes, cùm bellum aduersus insolecentes Persas per Misitheum confecisset, Philippi præfecti dolo interficitur. nec tamen fuit inulta optimi principis cædes: quicunque in eum coniurauerant, crudelibus afflicti suppliciis interierunt. huius successibus cùm posset Persicum nomen deleri, Philippi infidiæ obstiterunt. fuit hic maioris Gordiani ex filia nepos. imperauit annos sex, quinque solis, vnum cum Pupieno & Balbino. dixit aliquando, *miserum esse Imperatorem, nempe apud quem vera ferè reticeantur.* Consulito Iul. Capitol.



M. IUL. Philippus, occiso Gordiano iuniore, ab exercitu Imperator declaratus, ad Senatum scripsit de morte Gordiani (nēpe graui eum morbo periisse) & de sua ipsius electione, postulans ut confirmaretur. Senatus, rem non planè intelligens, eum Imperatorem confirmat, anno mundi 4207. à Christo nato 245. fuit hic Arabs, humillimo ortus loco, patre nobiliss. latronum ductore. Misit heū primū veneno sustulerat, Gordiani sacerū, virum modestū ac frugi, cuius consilio Imperium augebatur: deinde Gordianum occidit. Huius tempore Scythæ descierunt, cōtra quos Marinum misit, qui à militib. Imperator factus, ab eisdē occiditur: atq; iterum ab iis Decius Imperator creator. Aduersus quē Philippus fures tendit, atq; à militibus occiditur Veronæ, medio capite supra ordines dentiū præciso: filius annorum 12. Romæ necatur, qui à quinquenio nunquam risisse dicitur. Imperarunt annis 5. sunt qui hunc primum Imperatorem Christianum fuisse tradant, at perfidi mores obstant. Bap. Egn. Capi. in Gordiano iuniore.

DECIVS missus à Philippo ad cōprimendos motus Mœsiacos, ut primū prouinciam attigit, Imperator omnium consensu dicitur anno mundi 4212. à Christo nato 250. Hic ciuiles in Gallia motus sedauit, prius quam ad urbem redifet. Aduersus Scythes ad liberadas Thracias cum filio profectus, vñā cum filio perit, & loco, & fato aduersantibus, equo sedēs ne in manus hostium veniret, in paludē insiliit: nec cadauer vsquam inuentum est. imperauit annis duobus. vixit quinquaginta. inter optimos annumeraretur, si à cruciatibus Christianorū temperasset. Pompo. Letus, Euse. li. 6. ca. 29.




VIBIVS, seu Virius Gallus Hostilianus post Decium Imperator à militibus creatus est, anno mundi 4214. à Christo nato 252. hic cum Scythis foedus pepigit, non sine Romani nominis ignominia, tributum eis annum pendens. tunc primū res publica Romana iugū Scythicæ seruitutis accepit. hinc Barbari insolentiores facti, nec tributo contenti, ingenti exercitu comparato, terra marique sæpius irrumpūt: & Dardaniā, Thraciam, Thessaliā, Macedoniā, & Helladā infestant. Scytharum exemplo alij hostes insurgunt: iam viscera Syriæ penetrat Parthi, & Armenias fugato rege Tyridate occupat. Interim per nitiosa pestis orbem peruersit, quæ ex Æthiopia orta, per annos 15. terras propè omnes exhausit. prouenisse ex infelibus Galli auspiciis visa est, ut qui proditione Imperium arripuisse, Christiani etiā dogmatis hostis erat. Ita Imperium Galli infaustum, rerum gestarum monumentis obsecrūt, clade generis humani memoriarum traditum est. Hic cùm aduersus Æmilianum in Mœsia Imperatore factum proficiscitur, prælio victus, à suis militibus vñā cum filio Volusiano occiditur, annos natus 47. imperavit annos 2. Pom. Læ. Bap. Eutro. li. 9. Orosi. li. 7. ca. 21.

VOLVSIANVS, Galli filius, à patre Imperij consors factus, mortis item consors & socius fuit.

D d d 4





ÆMILIANVS Libycus, dux limiti Sarmatico in Mœfia à Decio præpositus est, nec à Gallo submotus. is itaq; cum Scythæ, solertissimū latrocinandi genus, contenti tributo non es- sent, id pro cōcione suis militibus pollicitus est, si hostes vicis- sent. Præmio accensi vicerunt. reuersus in Mœfiam Æmilianus præmia persoluit. Hoc successu adeò gratus victori exercitui fuit, vt ab eo sit Imperator appellatus. ad hos motus opprimen- dos Gallus cum filio profectus non profecit. Æmilianus ad Senatum scribit se Imperatorem lectum, promittit se Mesopo- tamiam, & Armenias recuperaturum, depulsurū vndique ho- stes. At verò priusquam opus aggredieretur, qui in Alpibus erat milites Valerianum Imperatorem faciunt. tunc qui sub Æmi- liano erant, ne ciuili bello, & cognato sanguine se inficerent, eum ob humilitatem generis trucidant: Valeriano, ob generis nobilitatem, & laudatiss. mores, sese dedunt. vixit Æmilianus annos 40. imperauit menses 3. Pom. Læ. Eutro. lib. 9. Bap. Egn. Aur. Viſt.

VALERIA NVS, maioris spei quam fortunæ, impera- uit anno mundi 4216. à Christo nato 254. hic duplici nomi- ne calamitosissimus extitit: tum quod à Sapore Persarū Rege victus acie (sive dolo suorum, sive eius imprudētia id acciderit) in captiuitate consenuit: tum quod Gallienum filium reliquit, qui Caligulæ ac Viteliis simillimus, Imperium contaminavit. Vixit Valerianus annos 70. imperauit 4. ante captiuitatem suam vñā cum filio. Quandiu captiuus vixit, Rex Sapor incur- uato eo, pedem ceruici eius imponens, equum ascēdere solitus est. Aurel. Viſt.



GALLIENVS Romæ à Senatu Augustus creatus est, quando & pater Valerianus ab exercitu in Rhetia. Ab initio Imperium non infeliciter administrait: at postea in luxum & socordiam lapsus, mirum in modum affixit: externis hostibus adeò insultantibus vt fœminæ Imperium in eius contemptum occuparint, & tyrāni zo. ex ipso & in ipsum quoq; insurrexerint Imperiū. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia vastata est à Gothis: Pannonia à Šarmatis, Quadisq; depopulata est. Germani usque ad Hispanias penetrarunt, & ciuitatem nobilem Tarracōnem expugnauerunt, opulentissimam, vt inquit Pomponius Mela. Parthi Mesopotamia occupata, Syriā sibi cœperunt vendicare. Dacia, quæ à Traiano ultra Danubiū fuerat adiecta, tum amissa est: quod si Posthumus in Occidente, Odenatus in Oriente Imperium non sustētassent, actum de Rom. Imperio esset. Gallienus nouissimè aduersus Aureolū profectus, à militibus suis, commento Aureoli, ad Mediolanum obseSSI, vñā cum fratre Valeriano occiditur. Annos vixit 50. imperauit 15. tam cum pa- tre quam solus. Eutro. lib. 9. Aurel. Viſt. Bap. Egn. li. 1. Pom. Le Trebel. Pol.

SALONINA natione, & Pipa nomine, sive Pipara, Mar- comannorum Regis filia fuit, quam per pactionē concessa par- te superioris Pannoniæ, matrimonij specie accepit Gallienus: ex hac Salonianum alterum filium suscepit, qui in locum de- functi Cornelij filij sui, qui fuerat Cæsar creatus, subrogauit. Consuliro Trebellium Pollionem, & Sextum Aurelium Viſto.

D d 5



E Q VV N T V R triginta tyrannorum imagines, subiectis illorum vitis per compendium, ex Trebellio Polione illis ferè contemporaneo. hi siquidē tyranni Imperium inuaserunt partim vi, partim dolo, temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum: quare & tyranni dicuntur, non quod tyrannice, hoc est inique, se gesserint, (nam nonnulli etiam inter eos optimi innocentem vitam duxerunt) sed quod Imperium usurparint, nonnulli etiam coacti, sequi Cæsares & Augustos appellari possunt. Porro, dubium est magisne Ro. Imperium labefactarint, an afferuerint: ne, diffluente luxu & lasciuia Galieno, ac patre eius Valeriano, bello Persico occupato, quinetiā à Persis victo & capto, omnino illa ipse misera Ro. resp. pessum iret: dum vndiquaque ab ingruentibus hostibus premetur. Ceterū Titus & Censorinus, qui in hac tyrannorum serie ultimi duo habentur, extiterunt, alter Iulio Maximino, alter verò Fl. Claudio imperāte, qui Gallieno succēsset. Fuerunt alij vulgati 30. Athenis Tyranni, Lysandri temporibus, qui paulò post arreptam Tyrannidem à Thrasybulo victi sunt, & popularis status tunc restitutus est: sicuti diximus in priori huius operis parte, pagina 122. Porro eadem phrasī, immo iisdem pene verbis vñsus sum, quibus autor meus Trebellius Pollio: qui si haud ita purè latine loquatur, ipse viderit: institutum meum fuit eius orationē ac mētem persequi: quemadmodum & aliorum quorum ego in hoc opere cito autoritates.



C Y R I A D E S primus è 30. Tyrannorum numero fuit: eorum inquā qui temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum imperarunt. hic dum luxuria sua & moribus perditis sanctum senem eiusdem nominis patrem grauaret, direpta magna parte auri & argenti, Persas adiit: atq; Sapor regi coniunctus, hortator belli Romanis inferendi fuit. Antiochia capta & Cæsarea, Cæsarianū nomen accepit: atque inde vocatus Augustus, cùm omnem Oriētem vel virium audacia, vel terrore quateret, patrem etiā interemit: ipse quoque per insidias suorū, cùm Valerianus iam ad bellum Persicum iret, interemptus est. Cōsulito Trebellium Polionem, in horum 30. Tyrannorum vitis, vt semel te candide lector, commonefaciam.

P O S T H V M V S vir fuit bello fortissimus, atque in pace constantissimus, in omni quoq; vita grauis, vsque adeo ut Saloninum filium suum eidē Gallienus in Gallia positum crederet, quasi custodi vitæ, morum, & actuum Imperialium institutori. Sed vt pleriq; afferunt (quod eius non conuenit moribus) postea fidē fregit, & occiso Salonino sumpfit Imperium. Ut autem verius plerique tradiderunt, cùm Galli vehemētissimē Galliū odissent, puerū autē apud se imperare ferre non possent, eum qui commissam regebat Provinciam, Imperatore appellarent, missisque militibus adolescentē interfecerunt. Sic omnibus Gallis acceptissimus, Gallias per annos septem instaurauit, submotis omnibus Germanicis gētibus. Sed cùm se grauissimē gereret, Lollianī opera interemptus est.



P O S T H V M V S iunior, supradicti Posthumi filius, à patre appellatus est Cæsar, ac deinceps in eius honoré Augustus. Hic cum patre dicitur interēptus, tum cum Lollianus in locum Posthumi subrogatus, delatū sibi à Gallis sumpsisset Imperium. fuit ita in declamando disertus, vt eius controuersiæ & declamationes inter Quintiliani declamationes dicantur insertæ.

L O L L I A N V S fuit quidem vir fortissimus, sed rebellio-  
nis gratia minorem apud Gallos autoritatē de suis viribus te-  
nuit. attamen non nihil reip. profuit: nam plerasq; Galliæ ciuita-  
tes, nonnulla etiam castra Posthumus per septem annos in solo  
barbarico ædificauerat, quæ ipso imperfecto Posthomo, subita  
irruptione Germanorū, & direpta fuerat, & incensa: hæc Lol-  
lianus instaurauit, deinde à suis militibus, quod in labore ni-  
mius esset, occisus est: idque factio Victoria, Victorinæ, seu  
Victoria, filij quæ postea Mater castrorum appellata est, & Au-  
gustæ nomine affecta, cùm ipsa per se fugiens tanti ponderis  
molem, primùm in Marium, deinde in Tetricum atque eius  
filium contulisset imperia. Ita Gallieno perdente rempub. in  
Gallia primùm Posthumus, deinde Lollianus, Victorinus deinceps,  
postremò Tetricus affectatores Romani nominis extite-  
runt. Loliani autem vita in multis obscura est, vt & ipsius  
Posthumi: sed priuata virtute clari, non nobilitatis autoritate  
vixerunt. Vide Trebe. Pol.



V I C T O R I N V S militaris industriæ vir à Posthumo se-  
niore in partem vocatus est imperij, & cum eodem cōtra Gal-  
lienum confixi: cūmq; adhibitis non paucis Germanorum au-  
xiliis, diu bella traxissent, visti sunt. Tunc, imperfecto etiā Lol-  
lianō, Victorinus in Imperio remansit: qui & ipse, quod matri-  
moniis militum & militarium corrumpendis operam daret, à  
quodam actuario, cuius vxorem stupraverat, factio Agrippi-  
næ, percussus est, Victorino filio Cæsare appellato, ab ipsa, auia  
Victoria, seu Victoria, quæ Mater castrorum dicta est: hic au-  
tem Victorinus filius, adhuc puerulus, statim est interemptus,  
cùm apud Agrippinam pater eius esset occisus. De hoc Victorin-  
o Iulius Aterianus sic scriptū reliquit, *Victorino qui Gallias post  
iuniorum Posthumum rexerat, nemine existimo præferendum: Non in vir-  
tute Traianū, non Antoninum in clemētia, non in granitatem Neruam, non  
in gubernando arario Vespasianum, non in censura totius vitæ, ac seueri-  
tate militari Pertinacē, vel Seuerum. Sed omnia hac, libido in mulieres  
insana sic obliterauit, ut nemo audeat virtutes eius literis mādere, quem  
constat omnium iudicio condignas voluptatis pœnas luisse.*

V I C T O R I N V S iunior, Victoria nepos, Victorini su-  
pradicte filius fuit: hic & à patre & ab auia, sub eadem hora qua  
ipse pater Victorinus interemptus est, Cæsar est nuncupatus, ac  
statim à militibus occisus. dices iram diuinā de paternis fla-  
gitiis etiam in hoc puero supplicium ac vindictam sumpsisse.



M A R I V S , interemptis Victorino , Lolliano & Posthumo, triduo tantum imperauit: vir quidem strenuus, ac militari bus vsq; ad Imperiū gradibus euectus. Antea opifex fuerat ferrarius, cuius manus vel ad feriendum, vel ad impellendū robustissimæ fuerunt: nam fortissimos quoq; vno digito sic affixit, vt quasi ligni vel ferri iectu percussi dolerent. Huius concio prima fuit, Scio, cōmilitones posse mihi obici artem pristinam, cuius omnes testes estis: sed dicat quisque quod vult, utinam semper ferrum exerceam: Non vino, non floribus, nō mutierculis, nō popinis, vt facit Gallienus, indignus patre suo, & sui generis nobilitate, depereā. Ars mihi obiiciatur ferraria, dum me exteræ gentes ferrum attrectasse suis cladibus recognoscant. Occisus est à quodā milite , quem dedignari ac spernere videbatur, cùm tamen eius quandam miles ille operarius in fabrili officina fuisset, dixisseq; fertur inter occidēdum, Hic est gladius quem ipse cudisti.

I N G E N V V S , qui Pannonia regebat, à Mœsiacis legionibus Imperator dictus est: neq; in quoquam melius cōsultum reip. à militibus videbatur, quād quodā instātibus Sarmatis creatus est Imperator, qui fessis rebus mederi sua virtute posset. Sed Gallienus (vt erat nequam & perditus, ita etiam, vbi necessitas coēgisset, velox, fortis, vehemens & crudelis) Ingenuum bello vicit: eōq; occiso in omnes Mœsiacos tam milites quād ciues, ita sāuiit, vt in plerisq; ciuitatibus viros à medio tolleret. fertur Ingenuus expugnata à Gallieno ciuitate, ne in tyranni veniret potestatem, domum intraffe, in qua se pugione transfodit.



R E G I L L I A N V S Illyrico Præfetus, militari ioco ad imperiū vocatus est, autoribus Mœsiacis legionibus. Nam cum milites cum eo quidam cœnarēt, agitata est questio, vnde Regilliani nomē? cui responsū est, credimus quod à regno. Tum aliquis cœpit quāsi grāmaticaliter inflectere, rex, regis, regi, Regillianus. Milites itaque (vt est hominum genus pronum ad ea quā cogitant) hoc omne sumpto, postridie ipsum vt Imperatorem salutarunt. Fuit vir in re militari semper probatus, & Gallieno iam ante suspectus, quod dignus videretur imperio: nec à Gallieno promorus erat, sed à patre eius Valeriano, quēadmodum & Claudius, Macrianus, Ingenuus, Posthumus & Aureolus, qui omnes in imperio interempti sunt, cùm mererētur imperium. Mirum sanè fuit in Valeriano, quod omnes quoīcunq; duces fecit, postea militū testimonio ad Imperiū peruenerunt. sed fortuna cum Valeriano & bonos principes tulit, & Gallienum diutius quām oportebat, reip. referuavit. Cæterū Regillianus cùm multa fortiter contra Sarmatas gessisse, autoribus Roxolanis, consentientibūsque militibus, & timore prouincialium, ne iterum Gallienus grauiora faceret, interemptus est.

A V R E O L V S quoque Illyricanos exercitus regens, in contemptum Gallieni, vt omnes eo tēpore, coactus à militibus, sumpfir Imperium: cūmq; Gallienus frustra tētassem eum expugnare, pacem cum eo, cōtra Posthumū pugnaturus, fecit. Hunc Claudius, interfecto iam Gallieno, conflictu habito, apud eum pontē interemit qui inde pons Aureoli dictus est. Trebel. Pol.



M A C R I A N V S, Gallieno & Aureolo usurpate imperium, factus est Imperator, cum duobus filiis suis, Macriano & Quietū: idque consilio & opera ducis Balistæ, ac omniū militum assensu. Hic cùm statim cōtra Gallienū veniret, ac 45000 militū secum duceret, in Illyrico, vel Thraciarum finibus, congressus cum Aureolo, vīctus & cum Macriano filio interēptus est: triginta deniq; milia militū in Aureoli potestate concessere. Domitianus autē eum vicit, dux Aureoli fortissimus, & vehementissimus, qui se originē diceret à Domitiano Imperatore trahere, atq; à Domicilla. De hoc sic scripsit Valerianus ad senatum ē Persidis finibus: *Ego P.C. bellum Persicū gerens Macrianototam rem pub. credidi, quod à parte militari ille vobis fidelis, ille mihi deuotus, illū & amat & timet miles: nec noua vel inopinata nobis sunt: pueri eius virtus in Italia, adolescentis in Gallia, iuuenis in Thracia, senescens denique in Illyrico & Dalmatia comprobata est, cùm in diuersis prāliis ad exemplū fortiter faceret: huc accedit quod habet iuuenes filios Romano dignos collegio, nostra dignos amicitia.*

M A C R I A N V S iunior vnā cum parre factus est Imperator, vnā itē cum patre cuius merito imperare cōperat, à Domitiano vīctus, triginta, vt superius dictum est, milibus militum spoliatus est. De hoc multa dicuntur quæ ad fortitudinē pertinent iuuenilis ætatis. fuit matre nobili, patre tantūm forti & militia claro. Trebel. Pol.



Q V I E T V S cum patre & fratre, Balistæ iudicio, Imperator est factus. Sed vbi cōperit Odenatus, qui olim iam Orientem tenebat, ab Aureolo Macrianum patrē, Quietū & eius fratrem Macrianum vīctos, militésque Macriani, in Aureoli potestatem concessisse, quasi Gallieni partes vindicaret, adolescentem Quietū cum Balista, prāfecto dudum, intereremit. Idē quoque adolescens, Ro. dignus Imperio fuit, vt vera Macriani proles. Porrò Macrianorum familia speciale semper habuit, vt viri in auro & argento, mulieres in reticulis & dextrocheriis, & in anulis, & in omni ornamento genere Alexandri magni effigiem gestarent. Trebel. Pollio.


O D E N A T V S, princeps Palmyrenorum, capto Valeriano, fessis reipub. viribus, nisi sumpsisset Imperium, in Oriēte res perditæ essent. Nam hic collecto exercitu cōtra Persas profectus est, cum vxore Zenobia & filio maiore, cui nomen erat Herodes. Nisibin primū & Oriētis pleraque cum omni Mesopotamia in potestatē recepit: deinde ipsum Regē, vīctum fugere coēgit, Saporem & eius liberos bello lacepsuit, captis concubinis, capta etiam magna præda. Macriano interēpto, filium eius Quietū, interfecit. Cōposito itaq; magna ex parte Orientis statu, à consobrino suo Mæonio, qui & ipse Imperium sumpsferat, interēptus est, cum filio suo Herode, qui & ipse post reditū ē Perside cum patre Imperator est appellatus. fuit Odenatus bellicosus: præterea capiēdis leonibus, pardis & vrsis à prima ætate assuefactus, iniuriarū cœli pertolerantis. cuius etiam vxor non minus viro fortis extitisse perhibetur: huius vxoris postea meminerimus pagina 75.

Eee



**H**E R O D E S, non Zenobia matre, sed priore Odenati uxore genitus, cum patre accepit Imperium, homo omnium delicatissimus, ac prorsus Orientalis, & græcae luxuriæ, cui erant sanguillata tentoria, & aurati papiliones, & omnia Persica. Denique ingenio eius usus Odenatus, regias Saporis cōcubinas, & quascunq; gemmas ac diuicias cepit, huic filio suo Hérodi tradidit paterna motus indulgentia. Oderat illum Zenobia nouercali animo, quare cōmendabiliorum eum patri fecerat. Consulito Trebellium Pollionem.

**MÆONIVS** Odenati consobrinus inuidia extimulatus Imperatorem optimum, eundemque consobrinum suum interemit, cùm ei nihil aliud obiiceretur, præter filij Herodis delicias. Dicitur autem primùm cum Zenobia consiprasse, quæ ferre non poterat ut priuignus suus Herodes princeps dicetur, atque autoritate præiret eius filios, Herennianum & Timolaum. Hic spurcissimus fuit, quare Imperator appellatus per errorē, breui à militibus pro suæ luxuriæ meritis interemptus est. Videto ut supra.



**B**A L I S T A vtrum imperarit ambigitur: sunt qui dicant Quieto per Odenatum occiso, Balistæ veniam datam: attamen eum imperasse, quod nec Gallieno, nec Auréolo, nec Odenato se crederet. Alij asserunt priuatum in agro suo interemptum. Multi & sumptuose illū purpuram, & more Romano imperasse, ac exercitum duxisse. Fuit vir quidem insignis, valuit consilio: expeditionibus & prouisione annonaria singularis. Gratias egit Balistæ Valerianus per epistolā, in qua docet sibi præcepta gubernandæ reipub. ab hoc data, gaudens quod eius consilio nullum adscriptitum, id est vacatēm haberet, & Tribunū nullum stipatorem qui non verè pugnaret. Hic nihilominus in tētorio suo cubans, à quodā gregario milite Odenati, in Gallieni gratiam dicitur interemptus. Vide Treb. Pol.


**V**A L E N S, militaris vir, simul etiam ciuilium virtutū gloria pollens, Proconsulatū Achaiæ, dato à Gallieno tunc honore administrabat: quem Macrianus vehementer reformidans, misso Pisone interfici præcepit. At valens sibi diligentissimè cauens, nec aliter sibi posse subueniri existimās, sumpsit Imperium, & breui à militibus interemptus est. Fuit & alter Valens, huius auunculus, sed par in ambobus fuit fortuna: nā & ille cùm paucis diebus Illyrico imperasset, occisus est. Vide ut supra.

Ecc 2



P I S O ad interficiendum Valentem missus, vbi eum prouidum futurorū imperare cognouit, in Thessaliam concessit, atq; illic patricis sibi cōsentientibus sumpit Imperiū, Thessalicusque appellatus, interemptus est, vir frugi, & summæ sanctitatis, dētus ducere originē ab illa Pisonū familia, cui se Cicero nobilitandi causa sociauerat. Ipse quoq; Valens, qui ad eum percussores misisse perhibetur, dixisse fertur, *Non sibi apud Deos inferos constare rationem, quod quamvis hostem suum, Pisonem tamen iussit occidi, virum cui similem Romana respublica non haberet.*

ÆMILIANVS coactus sumpfit Imperium, cùm alioquin videret ob seditionē obortam vnde cunque sibi pereundum. Consenserunt ei Ægyptiacus exercitus, maximē in Gallieni odium. Nec ei ad regendam rem publicam animus defuit. Nam Thebaidem, totāque Ægyptum peragravit: & quatenus potuit, barbarorum gentes armis ac autoritate submouit. Denique Alexander, vel Alexandrinus, virtutum merito vocatus est. At cùm contra Indos pararet expeditionem, missō Theodoto duce, Gallieno iubente, dedit pœnas: siquidem strangulatus in carcere, captiuorū veterum more, perhibetur. Vide Trebel. Pol.



S A T V R N I N V S, optimus ducum, à Valeriano dilectus fuit. hic cùm dissolutionē Gallieni pernoctantis in publico, ferre non posset, & milites non Imperatoris exemplo, sed suo regeret, ab exercitibus Imperator designatur: vir sanè prudens, grauis, omnibus gratus, atque adeò victoriarū barbararum insignis. qua diē à militibus poplo Imperatorio est amictus, conacione adhibita, dixisse fertur: *Commilitones bonum ducem perdiditis, & malum Imperatorem creatis.* Cùm multa strennuè in Imperio gessisset, tādem quod esset seuerior, & grauior militibus, ab iis ipsis à quibus creatus Imperator fuerat, interemptus est. Vide Trebel. Pollio.

T E T R I C V S, senior, pop. Rom. Senator, cùm præses in Gallia esset, ad capessendum Imperiū instigatus est à Victoria, sive Victorina. Augustum itaque eum appellari fecit, filiumque eius Cæsarē nuncupauit, mortuo Victorino eiisque filio. Tandem cùm multa feliciter gessisset, diuq; imperasset, ab Aureliano vicitus, militum suorum impudentiam & procacitatem vix ferēs, grauissimo principi, simul ac seuerissimo volens se dedit, Aureliano inquam: cui & statim scripsisse fertur,

*Eripe me his inuicté malis.*

Sed tamen seuerus ille Aurelianus hunc virum Senatorē, Consularem, Galliarum præsidē, in triumphum duxit, quo tempore & Zenobiam pudore deinde vicit, eum quem triumphauerat toti Italiae præfecit, nec solū viuere, sed etiā in summa dignitate esse passus est, saxe collegam, nonnunquā commilitonem, aliquando etiam Imperatorem eum nuncupans. Vide ut supra.



T E T R I C U S junior, superioris Tetrici filius, appellatus est Cæsar (vt dixi) à Victoria, cùm illa Mater castrorum ab exercitu nuncupata esset. hic vnà cum patre in triūpho ductus postea omnibus Senatoriis honoribus functus est illibato patrimonio, quod quidem ad suos posteros transmisit. Narrabat auus Trebellij Pollionis hunc sibi familiarem fuisse neq; quenquam illi ab Aureliano, aut Postea ab aliis principibus esse prælatum. Vide Trebel. Pollionem.


T R E B E L L I A N U S factus est in Isauria princeps, ipsis Isauris sibi ducem quærentibus: quem cùm alij archipiratam vocassent, ipse se Imperatorem appellauit: monetā etiam cudi iussit: in intima Isaurorum loca se contulit: munitisque locorum difficultatibus & montibus, aliquandiu apud Cilicas regnauit: sed per Gallieni ducē Caufsoleum, natione Ægyptium, fratrem Theodoti, qui Æmilianum ceperat, in campum deductus, vicitus & occisus est. Neque tamen postea Isauri, timore ne in eos Gallienus sœuiret, ad obseruantiam, ac præstandam fidem quauis principum humanitate allici vñquam potuerunt. Denique post Trebellianum pro barbaris habentur. Non sunt statura decori, non virtute graues, non instructi armis, non consiliis valentes, sed hoc solo securi, quòd in editis positi, adiri nequeunt. Vide vt supra.




H E R E N N I A N U S , & Timolaüs, Odenato patre nati sunt, quos moriens superstites reliquit pater. horum nomine Zenobia mater usurpauit Imperium, ac rem pub. administravit diutius quām fœminā decuit: paruulos Ro. Imperatorio habitu ostendit purpuratos, eosdémque adhibuit concionibus quas illa quasi vir sæpe ad populum habuit, Didonē, Semiramidem, & Cleopatram sui generis principē inter cætera prædicans. De horum exitu incertū est: aiunt nonnulli ab Aureliano interemptos, alij morte sua extintos: nam & Zenobiæ posteri etiam Romæ inter nobiles agebant tempore Trebellij Pollionis, qui horum vitas descripsit.

T I M O L A U S, supradicti Herenniani frater, breui Grammaticam cōsecutus esse dicitur: fratri fuit haud absimilis, eum tamen ingenio longè anteuertit. nam potuisse Timolaium summum etiam Latini sermonis Rhetorē instituere tradunt. Consulto quem supra citavi autorem.

Eee 4





CELSVS peplo deæ cœlestis ornatus, appellatus est Imperator ab Afris, autore Vibio Passieno Proconsule Africæ, & Fabio Pôponiano duce limitis Libyci. Hic priuatus ex Tribunis, in Africa positus, in agris suis degebat: sed ea iustitia & corporis magnitudine, ut dignus videretur Imperio. At verò per quandam mulierem Gallienam nomine, consobrinā Gallieni, 7. Imperij die interēptus, atq; adeò etiā inter obscuros principes vix relatus est. corpus eius à canibus laniatum est: nouóq; iniuriæ genere imago eius in crucem sublata est, persultante populo quasi patibulo ipse Celsus videretur affixus.

VICTORIA, seu Victorina, vbi filium ac nepotem ex filio Victorinos, inquā, à militibus vidiit occisos, ac Posthumū, deinde Lollianum, Marium etiam, quem principē milites nuncuparant, imperfectos, Tetricū, cuius supra memini, ad Imperiū adhortata est, ut virile semper facinus tētare auderet. insignita est præterea hoc titulo, castrorū mater, sīcq; ab exercitu vocabatur. Cūsi sunt eius nummi ærei, aurei, & argentei. Non diu vixit: nam Tetrico imperāte, ut pleriq; aiunt, occisa, ut alij asserunt, fato suo extinta est. Itaque dum Gallienus popinatur, ac inter lenones & meretrices degit, partes Gallicanæ, orientales item, Ponti, Thraciarū & Illyrici occupātur: mulieres denique imperant, nempe Zenobia & Victoria: de Zenobia meminerimus statim, quam cum Aureliano collocauimus: nam illam vicit, ac triumphauit.



TITVS Tribunus Maurorum, qui à Maximino inter priuatos relictus fuerat, inuitus, atq; à militibus coactus, imperauit: atque intra paucos dies, post vindicatam defectiōnē quam Magnus, vir consularis, Maximino parauerat, à suis militibus interemptus est. imperauit mēses 6. domi forisque fortunatus, sed Imperio parum felix. huic fuit vxor Calphurnia nomine, sancta & venerabilis foemina, de genere Censorinorum, id est Pisonum. Hæc vniones Cleopatræ habuisse perhibetur, & lamen- 100. librarum argenti, cuius plerique poëtæ meminerunt, in qua maiorum eius expressa visebatur historia.

CENSORINVS, vir planè militaris, atq; antiquæ in curia autoritatis, cùm post omnes honores (nam multis functus fuerat) in agro suo degeret senex (atque uno pede claudicans, eo vulnere quod bello Persico Valeriani temporibus accep- rat) factus est Imperator, & scurrarū ioco Claudio quasi claudicans appellatus est. Hic cùm se grauissimè gereret, neque à militibus ob disciplinam censoriam ferri posset, ab his ipsis à quibus Imperator fuerat designatus, interemptus est. extabat tempore Trebellij eius sepulchrum, in quo grandiusculis literis iuxta Bononiam incisi erant omnes eius honores, vltimo tamen versu adscripto.

*Felix ad omnia, infelicissimus Imperator.*

Hactenus de iis qui Imperiū usurparūt à Gallieno ad Fla. Claudium: de quo mox tractabimus, persequentes ipsorū Rom. Imperatorum seriem.



FLA. CLAVDIVS post Gallienum imperauit anno mundi 4231. à nativitate Christi 269. Hic Sarmatas, Getas, Scythes, & Quados deuicit: Daciā recuperauit: Aureolum vicit, ac Imperio exuit. Alemannorū tam multa millia cæcidit, vt vix media pars exercitus eorum supereffet. Imperator optimus remp. bene administrauit. Senatus auream illi statuā in Capitolio posuit. A plerisque Gordiani, cuius supra meminimus, filius existimatus est. Hic Gallieni morientis sentētia Imperator designatus est, ad quem etiam regia misit ornamenta. bienniū imperauit: & Diuus est appellatus: moriens Aurelianum cōmendauit, quasi suffragium ferēs, vt post se ille imperaret. Consulito. Aur. Viēt. Pomp. Læ. Bap. Egna. li. i. atque Eutro. li. 9.

A V R E L I V S Quintillus Flauij Claudijs frater fuit: hunc Senatus, nunciata Claudijs morte, Cæsarem Augustum appellauit: at exercitus interea Aurelianum Imperatorem lēgit. Post quām nuntium ad vrbē peruenit, illius conatibus se imparem cūm videt, venas sibi soluit, & pōst paulo decessit, 17. Imperij die. fuit hic ante Imperium Italici præsidij dux. Videro Ponponium Lætum, in Claudio.



VALE. AVRELIANVS imperauit post Quintillum anno mundi 4233. à Christo nato 271. Hic quanquam patre colono inter Daciam & Macedoniam genitus, haud dissimilis fuit Magno Alexādro, nam Ro. vrbem triennio ab inuasoribus receptauit, cūm Alexander annis 13. ad Indiam peruenerit. Hic Sueuos & Sarmatas vicit: Marcomannos, qui Mediolanum vastarant, attriuit: Imperiū ad antiquos fines perduxit: validioribus muris vrbem sep̄fit. Sæuus ac sanguinarius hic, atiā sororis filium interfecit: ipſe itidem fraude serui, inter Conſtātinopolim & Heracleam occisus est. imperauit an. 5. menses 6. primus apud Ro. diadema capiti innexuit, gemmīque & aurata veste vſus est. Vide Aure. Viēt. Bap. Egna. lib. i. & Eutro. lib. 9.

ZENO BIA, bellicosa mulier, quæ se de Cleopatrarum Ptolemæorūmq; gente iactabat, nomine filiorum an. 8. imperauit, vixque tandem ab Aureliano victa & triumphata, cōceſſit in iura Romana. Cūm illam Aurelianus cepisset, interrogauit exprobrās, *Quid, ò Zenobia, ausa es insultare Romanis Imperatoribus?* at respondit hæc, *Imperatore te esse agnoscō, qui vincis.* fuit castis. vocem habuit claram & virilem, oculo nigros ac vigentes: dentes tam candidos vt pleriq; margaritas putarent: ingenium diuinum. venusta fuit, seuera, atq; etiam clemens vbi oportuit: in triumphum ducta, sub gemmarū pondere anhelās ſæpe restitit, aliqui fortissima: collum, manus, pedes aureis vinculis ac catenis, irretiebatur. huic agrum dedit Aurelianus: vixitque hæc more matronæ Ro. Vide Trebel. Pollio.



A N. T A C I T V S post Aurelianum imperauit anno à mundo condito 4238. à Christo nato 276. Siquidem Aureliano interempto, 7. menses vacauit Imperium: interim milites ad Senatum, Senatus ad milites Imperatoris eligendi prærogatiuam deferebant. Tandem Senatus hunc Senatorij ordinis Augustum dixit. Quàm verò amplissimi ordinis iudiciū à militari tumultu distet, Taciti electio ostendit, cùm in curia testatum sit, *neminem aut iustius quàm grauem virum, aut prudētius quàm doctū imperare posse.* Verùm hic tantus vir sexto imperij sui mense obiit. Vide Oros.lib.7.cap.24. Hic ducentesimo Imperij die, vt inquit Aurelius Victor, apud Tarsum febre periit: at 6. mense postquā imperare cœperat, militari scelere periisse scribit Bap. Egna.lib.1. Aurel. Viſt.

F L O R I A N V S, Taciti frater, cùm suo iudicio ad tantam velut hæreditatem mortuo fratre properaret, Imperium & inuasit, & arripuit. Itaque cùm vix duobus mensibus præfuisse, quasi per ludum Imperio vsus, & ad ludibriū fortunæ euectus esset, à militibus occisus est, aut ad Probi imperantis nuntium, solutis sibi venis, expirauit. Consulito autores quos supra.




A V R E. P R O B V S , verè probus , mortuo Tacito , ac Floriano fratre , ex alio patre , imperauit anno mundi 4239. à Christo nato 277. patrem habuit agrestem Dalmatici sanguinis: sed nec genus humile, nec qui præcesserat Florianus obstitit quominus omnium consensu Imperator diceretur, vir omnium amantis. pacis, bellique artibus clarissimus. Hic Gallias à barbaris occupatas, ingenti præriorum felicitate afferuit: ita se & in toga & in militia gessit, vt res ipsa nomen sequeretur. Saturninum in Oriente, Proculum & Bonosum Agrippinę Imperium usurpantes opprescit: Sarmatas contudit: tyrannos omnes sustulit: pacem orbi restituit. Pace terra marique parta, dicere solebat *milites minimè necessarios fore, cùm desunt hostes, quos nusquam virtute sua futuros, mox sibi promittebat:* quæ vox inuidiam sibi apud milites conflauit. In Smirnensi agro, natali suo dum moram trahit, tumultu militari occisus est, anno Imperij 6. Pompo. Læ. Eutro. lib.9. Egna. li.1.

C A R V S Narbonæ genitus, ab exercitu Imperator dictus est anno mundi 4245. à Christo nato 283. filios suos, Carinum & Numerianum, Cæsares dixit. Hic dum bellum Sarmaticum gerit, nuntiato Persarum tumultu, ad Orientem profectus est cum filio Numeriano Cæsare, doctiss. iuuene: bellum itaq; Persicum, quod Probus parauerat, aggressus, Mesopotamiā cepit, Ctesiphontē usque peruénit. quod si fulmina ictus non fuisset, dum ad Tigrim fluum castrametaretur, regnum Persicū subuertisset. Aure. Viſt. Oro. lib. 6. cap. 24. imperarunt hic, & duo proximè sequentes, annos duos.



C A R I N V S , Cæsar à patre dictus , omnibus se sceleribus inquinauit: plurimos innoxios fictis criminibus occidit: matrimonia nobilium corruptit. Ad extremū trucidatur , eius præcipue tribuni opera, & dextera, cuius dicebatur coniugē polluisse. Consulito Aur. viet. Eutr. li. 9. imperauit annos duos.

N V M E R I A N V S Cæsar Carini frater , Carino tamen longè absimilis fuit. hic nempe adolescens tum probitatis, tum eruditionis eximiæ, maximè verò ad poëticen natus erat, atque etiam ad arma. hic itaque miles, orator, poëta, dum oculis æger in occlusa lectica ferretur, confecto bello Perfico, vñà cū patre, ab Apro socero, Imperiū inuadere cupiēte occiditur. Nec eius mors inulta est, concionantē Aprū Diocletianus manu propria confodit. Imperarunt hi tres, Carus, Carinus & Numerianus, annis duobus. Pomp. Latus.



D I O C L E T I A N V S Dalmata , Amilini Senatoris Libertinus, matre atq; oppido nomine Dioclea, vnde & Diocles dictus, imperauit anno mundi 4247. à nat. Christi 285. hic Carinum omnibus odiosum prælio vicit: at 2. Imperij an. cùm tātam molē grauiorē animaduerteret quām vt vñus esse vniuersæ par posset , Maximianū Herculium Augustum creat, ac in consortem Imperij legit. anno 6. Constantium Chlorum, & Galerium Maximianū sive Maximum, cognomento Armentariū, Cæsares creat in Ægypto: Alexandriam 8. mensibus obseßam cepit: Achilleum Alexádriæ imperiū affectantem feris obiecit. anno Imperij 22. principatus se abdicat Nicomedia, & Herculius Maximianus Mediolani eodem die: cùmque in propriis agris consenescens, ab Herculio atq; Galerio ad recipiēdum Imperium rogaretur, tanquam pestem aliquā detestans, respondit: *Vtinam Salona possetis visere olera nostris manibus insita, profectò nunquam istud tentandum iudicaretis:* sicque per decē annos priuatus, & Imperij mole exoneratus vixit. Attramen adorari aliquādo voluit: Christianos etiā afflixit. vixit annos 78. imperauit 22. obiit vel alienatione mentis, vel hausto veneno, dum veretur Licinium ac Constantinum. Aure. Viet. Eutr. li. 9. & Bap. Egna. li. 1.

M A X I M I A N V S Herculius in consortē Imperij à Diocletiano ascitus, tāquam filius patri obtemperauit : in Gallia & Africa exortos tumultus, armis repressit: Romę cum Diocletiano triūphauit : Dein à Diocletiano persuasus, se Imperio abdicauit: rem miram, vt sponte, nec grauāte senecta, vel rerū mole (nam pacatus erat orbis) vterq; in ordinē se redegerit. At verò Imperium iterū affectans Maximianus, dum insidias Constantino, genero suo ex Fausta, parat, Massiliæ captus, strangulatur. regnauit annos 21. vñà cum Diocletiano. Pom. Eutro. lib. 9.



**C O N S T A N T I V S** Chlorus & Galerius Maximinus sicut Maximianus, ambo à Diocletiano & Maximiano Herculio, priusquā se imperio abdicarent, Cæsares facti ac adoptati sunt, propter varia bella in diuersis locis pullulantia. Constātius natus patre Eutropio, qui genus ab Ænea deducebat, & matre Claudia, Claudi Augusti filia, Galliis, Hispaniis, Italiam & Africam præfuit: Galerius Illyrico, Græciæ & Oriëti. At verò hac diuisione Imperij facta, Constantius natura mitis, & diuinitarum spretor, Italiam & Africam Imperium recusat, quod putaret ab vno tantū pōodus minimè sustineri posse: in Galliis & Hispaniis tantum regnat, propensus ad promerendā Gallorum gratiam, nec à vera pietate abhorrés. Vxores habuit duas, prior fuit Helena, ex qua Constantiū magnum suscepit: posterior fuit Theodora, priuigna Maximiani Herculij: quā dimissa Helena, coactus est ducere, obiit Constantius Eboraci, quod est oppidū in Britannia, anno 2. postquam Imperio se Diocletianus abdicavit: nam longè antea Cæsar factus, & à Diocletiano adoptatus fuerat. duos igitur veri Imperij annos Constātio tribuo, ab ipsa abdicatione Imperij à Diocletiano, quā facta est an. mun. 4269. à Christo nato 307. hoc regnante nulli motus in suis ditionibus extitere, hostes popu. Rom. ab armis cessauere. Dictus est Chlorus, à colore, quasi virens. Vide Pom. Læ. Egna. li. i.

**H E L E N A**, prior vxor Constantij, ac magni Constantini mater, annos nata 80. diuinitus monita, Ierusalē perrexit: crucem in qua Christus pependit, non sine labore reperit: Romam diem obiit, superstite filio, Deo hominib⁹q; gratissima, anno mundi 4286. à Christo nato 324. Vide Euse. lib. 10. cap. 7. & Supple. Chro.



**S E V E R V S** à Galerio Maximiano, siue Maximo, adoptatus est, postquam Constantius Italiam & Africam reliquit: adoptatum Italiam & Africam postea præfecit. Romam autē prætoriani Imperatorem fecere Maxentiū, non abnuente Senatu. Aberat tunc ab urbe Seuerus, qui citò rediit: sed Maxentij vires statim creuerāt: quare impar viribus Seuerus, fugit, cupiēs adire Maximiahum qui in Illyriis erat: at verò interim Rauennæ captus occisusque est. Vide Pom. Læ in Constantio.

**M A X E N T I V S** Romam à Prætorianis Imperator factus, ut tyrānus imperauit. Porrò Maximianus sororis Galerij filius, relicto in Illyriis Licinio, quem adoptauit, mortuo Seuero, Romanum proficiscitur, pugnaturus cōtra Maxentiū: in itinere certior fit de futura suorum militum defectione, si in prælium descederet: quare in Illyriā reuertitur. Interea bona pars nobiliū Romanorum nuntium clam mittunt ad Constantinum, qui apud Gallos imperabat: exorant vti Romanum, Imperij caput, tyrrannide Maxentij liberet: tandem horum precibus cedens, Maxentium vincit: qui vñā cum equo in Tiberim insiluit, submersusque est, nec viplam inuētus. periit anno mundi 4276. à nato Christo 315. imperauit an. 6. Constātino imperāte: hic haud fuit absimilis Maximiano Herculio, Domitiano, & Cōmodo: plerosque claros viros occidit, bona eorū diripuit, noua vestigalia excogitauit ac exegit: in occidendo & exigendo inexorabilis fuit, libidine item inexplicabilis. Vide Pompo. Læ. in Constantio & Galerio.

Fff



LICINIUS in Dacia natus, mortuo Seuero, consors Imperij factus est à Maximiano Galerio, anno mundi 4270. à Christo nato 308 idque ob virtutem rei militaris. Prius Illyriis, post Oriëti præfuit: parentes habuit agricolas, ipse rusticus & barbarus rusticis & agrariis æquus, at crudelis etiā in Galerij liberos. literarum hostis fuit infensissimus, quas venenum ac pestem appellabat: quippe qui harū rudis ac expers adeò effet, ut ne nomen quidē suum decretis subscriptere posset. Christianis aduersabatur, nec destitit, sèpius rogatus ab Constantino: quare Constantinus cōtra illum vires Gallicanas & Italicas iure expertus est. primis cōgressibus in Pannonia vicit, concessit in Macedoniam Licinius: vbi vires reparantē, Constantinus iterum adoritur, fugat in Asiam. Tandē naualibus & terrestribus præliis vicit, mittitur Thessalonice, vt priuatus cum vxore degat. Sed cum rebelles adhuc animos homo ille vecors retineret, interfici iubetur. vixit an. 60. imperauit 14. Constantino imperante. laudatur quòd aulicorum insolētiam mirè compescuerit, tineas soricēsque palatinos eos appellans. Pomp. Læt.

CONSTANTIA, vxor fuit Licinij, ac soror Constantini, quæ (vt fertur) fratrem adiit, pro Imperio mariti rogauit, deinde pro titulo tātū, nec impetravit: tandem pro salute rogans, impetravit. Vide Pomp. Læt. hæc Licinium iuniorē peperit, quem Constantinus Magnus Cæsarem creauit.



CONSTANTINVS Magnus, Constantij & S. Helenæ filius, cæteris fratribus patris etiam testamēto, prælatus est. A Galerio Maximiano adhuc adolescentis missus aduersus Sarmatas, præter opinionē hostes profligauit: Ducem catenatum ad Galerium duxit. veritus ex ea laude gliscētem Galerij inuidiam, Roma ad patrem in Angliam transfugit, qui paulò pòst moritur. Tum cunctis qui aderant annitentibus, sed præcipue Eroco, Alemannorū rege, imperat Constantinus, anno mundi 4271. à Christo nato 309. Regnum Galliarum Hispaniarumque, & Alpium Cottiarū testamento relictum accepit. veteranis militibus agros assignatos, vt ad filios suos trāsirent, primus. instituit. Accersitus in Italiam ab iis qui Maxentij tyranidem ferre non poterant, biénio totam Italiam vrbēmque Romam pristinæ maiestati afferuit. hæc laurus Italiam ei adiecit & Africam: fuissetq; his cōtentus nisi Licinius qui Orientē regebat, vltimi belli ciuilis causam præbuisset, quem vicit. Tuncq; cognomen assumpit Magni, quod antea soli Alexáder & Pōpeius acceperant. ita insolētus, plurimorum se nobiliū, suorūmq; etiam cæde polluit. Attamen Christū amplexus est, bonāq; quamplurima in Ecclesiam contulit: Nicenā synodus 322. prælatorum, multis dissidētibus, indixit: literis impensè studuit, eāsq; fouit. Bizātium instaurauit, imperatoriāmq; vrbem, & nouā Romam appellauit. vixit annos 66. imperauit 31. Pomp. Læt. obiit Nicomédia in qua baptizatus fuerat ab Euse. episc. huius mortē denuntiauit crinita stella. Eutro. li. 10. veneno aiunt periisse à domesticis parato, cùm ille in Persas bellum pararet.

F A V S T A, Herculij filia, & Constantini vxor, peperit ei Constantinum, Constantem & Constantium, Helenāmq; & Constantiam. Faustam occidit Constantinus vir. Pomp. Læt.



**C O N S T A N T I N V S**, natu maximus filiorum Constantini Magni, patre mortuo, anno mundi 430 à Christo nato 338. imperat vñā cum fratribus Constante & Constantio. hi, siue ex testamēto patris, siue ex propria eorū voluntate, Imperium ita partiti sunt, vt Constantinus Gallias, Hispanias, Britaniāmque insulam obtineret: Constans Italiam cum Illyrico & Græciam: Constantius Byzantiū cum Oriente, qui Dalmatiū patruelē Imperij socium haberet, quē postea militari factione oppressit. Nec durat diu fratrum cōcordia: nam Constantinus Gallico exercitu fretus, Constanti bellum infert: quod dum cupidius quām cautius gerit, exceptus insidiis, vulneribūsq; confossus perit, ad Aquileiam, anno ætatis suæ 25. Imperij 3. Consulito Pomp. Læt. & Bap. Egna. li. i.

**L I C I N I V S**, iunior, Constantini Magni ex sorore Constantia nepos, creatus est Cæsar, vñā cum Crispo, eiusdem Constantini ex Mineruina concubina filio, anno mundi 427 8. à Christo nato 316. verūm hi factione infaustæ Faustæ interficiuntur. Aur. Viæt. Pomponius Læt. hic Crispus à Lactantio fuit eruditus.



**C O N S T A N S**, deuictō fratre Constantino, omni conatu superatis Alpibus Galliam intrat, variōq; euētu biennio pugnans, patrē fratribus in potestatem redigit. Primiū agit bonum principē, mox siue aduersa valerudine, siue rerum prosperitate mutatus, ingratus omnibus esse cœpit, donec & ipse Magnentij dolo, quem etiam seruauerat, dormiēs intra tentorium, non longè ab Hispaniis, ad Helenam oppidum, opprimitur, anno ætatis 30. Imperij 13. Consulito Pomp. Læt. & Bap. Egna. li. i.

**C O N S T A N T I V S**, cædem fratribus Constantis vlturus, magno exercitu aduersus Magnētium cōparato, ingenti illum prælio, & memorabili, ad Murtiū, siue Mursam, vicit, quo Romani vires Imperij penè cōcidēre, 53. millibus vtrinque desideratis. Mox cum Magnentius bellū reparasset, & ad Lugdunum iterum victus esset, gladio sibi latus aperuit. Cæterūm Cōstantius, iterum in Persas cōtendens, dum ægrè fert Julianum à milibus Augustū esse dictum, iuxta Tauri mōtis radices æstuantissima febre correptus, moritur, anno ætatis 40. Imperij 24. Hic orbis dominum se vocauit: Julianum adoptauit. Consulito autores quos sufra.

Fff 3





MAGNENTIVS, Comes duorum ordinum Augustarum (vrbis est Germaniae) cōuiuiū militibus exhibuit, à mane ad vesperam, more gentis. inde in cubiculū ingressus, statim egredens est, induitus purpura, ac multis satellitibus cinctus: qui cōscij non erāt, coacti sunt assentiri: donatiuum dedit, posuitq; custodes ne quis rem aperiret. deinde cum lectissimis Gaifonē mittit, qui Constantem intentorio occidit, anno mundi 4313. à Christo nato 351. Hic Cæsarē facit Decentium fratrem, mittitq; cum exercitu vti Gallias tueatur iamq; tota Italia: & Africa Magnentij erant. Constatius tunc in Oriente aduersam fortunam cōtra Persas experiebatur: ad quē legatos misit cum litteris, vti Oriēte & Thraciis cōtentus esset: qui nihil respondet, sed Gallum patruelem Cæsarē faciēs, eum in Oriēte relinquit: ipse Hesperios adit, vlturus fratribus cædē. attamen ne sua Roma bello vexaretur ciuili Galliā Magnentio permittit, si arma deponat: Tyrānus sperans vincere, non paruit. pugnatur ad Mursum, magnis vtrinque viribus: vincitur Magnentius: bellū reparat: viētus iterum, tandem gladio occulte prouiso mortem sibi consciscit. Pom. Læ. in Constatē. Aurel. Viēt. Hic Desiderium fratrem per furorem vulnerauit, & quoīdam ex amicis occidit, paulò ante quām seipsum occideret.

DECENTIVS qui Gallias tuebatur, audito fratribus sui Magnentij casu, laqueo apud Senonas vitam finiuit, sibi metuens. horum frater Desiderius Constantiū adiit, à quo humannissimè exceptus est anno mundi 4316. à Christo nato 354. Pomp. Læt. Aurel. Viēt.



FL. CL. IVLIANVS natus Constantinopoli, patre Constantio, Constatini Magni fratre, matre Basilina, forma liberali fuit, ingenio callido, ad literas & ad arma apto. Hūc Constantius patruelis, Magni filius Constantini, adoptauit, Cæsarē fecit, ad Gallias tuēdas misit, hostes hinc profligat, Gallias Alemanorū incursu vastatas, sub primū accessum, præter omniū spem asserit, regēm q; Germanorū capit. Agrippinam (quē nunc Colonia dicitur) recipit. Deinde assensu totius exercitus Parisis Imperator & Augustus vocatur an. mun. 4325. à Christo nato 363. Ad Constantium literas mittit exorans vt qui licet repugnans, Imperator sit à miliribus appellatus, in cōsortiū Imperij admittatur: renuit Constatius. Ad bellum ciuale parat se Julianus, item & Constatius, qui nihilominus febre correptus, cum deficeret successorē statuit Julianum. Adepto itaq; Imperio solus rerum summa potitus Julianus, Persis bellū mouet: verū à transfuga quodā Persa in insidias deductus, cūm eum hinc inde Parthi vrgerēt, ab vno ex hostibus, & quidē fugiente, conto percutitur: & cū Philosophis de immortalitate animæ tractas, paulò pōst moritur, anno ætatis 31. Imperij, mensibus 19. à morte Constantini patruelis. Hic aduersus fidem Christianam liberos edidit. Egna. lib. i. Pomp. Læ. Aure. Viēt.

IVVIANVS, seu Iouianus, è Pannonia, mortuo Juliano electus est princeps, & statim Antesignani Iuianum clamauerunt: tunc qui in medio, quique postremi erant milites, opinati Iuianum reuixisse, ingenti lætitia effusi, choreas ducebāt. Hic cū Parvis fœdus icit, Trāstigritanas prouincias quinq; reddidit: atq; Arsaci Armeniæ regi, Ro. socio, & amico, opē ferre vetus est. At è Perside rediēs hyeme aspera, ingressus cubiculum noui tectorij, positis etiam ibi prunis, ex cruditate insuper stomachi periit, anno ætatis 33. Imperij mensibus 7. Vide vt supia,



**V A L E N T I N I A N V S** Gratiani filius, è Pannonia ortus, quem admodum & Iuianus, apud Niceā, quæ vrbs est Bithyniæ, Imperator à militibus post excessum Iuuiani creator, anno mundi 4328. à Christo nato 366. huic resistenti Imperium aggeritur: deinde Valentem fratrem consortem imperij facit. Hi Procopium imperium inuadente Constantinopoli oppresere. Inde Goths, ac barbaræ nationes à Valentiniano Thracia exturbatae: Septētrioq; omnis cum Saxonibus ad officiū, eiusdem opera redacti sunt. Parthi è Syria per legatos eiecti. In quieta Germania sub eo pacata est, Theodosij maioris auspiciis. Ipse dum Quadorum legationē latrocinia excusantē audit, subita accusus ira incidit in morbū, quo arescētibus venis, cum nihil sanguinis emitte posset, obiit anno ætatis 55. Imperij 11. Pomp. Læt. Bap. Egna. alij scribūt eum subita sanguinis eruptione, voce amissa, sensu integro expirasse: idque ob intemperatiā ciborum, quibus artus suos diffuderat. Aurel. Victor.

**S E V E R A**, vxor fuit Valentiniani, ex qua suscepit ille filium nomine Gratianum, quem Augustū creauit pater Valentinianus. vñ cum Seuera, quinetiā ipsa operam dante, in vxorem accepit Iustinam, ex qua suscepit Valentinianū filium alterum ac filias tres, Iustum, Gratiam, & Gallam: lata, priusquam secundò nuberet, lege, vt qui vellat, duas impunè vxores assumere: sic populosas fore gentes prædicabat. Eutro. auctus li. 12.



**V A L E N S**, Valentiniani frater, qui cum eo, eiusdémque gratia & benignitate, imperauit in Oriete, mortuo fratre cum Gratiano fratris filio imperat, anno mundi 4339. à Christo nato 377. hic post prædicti fratris obitū infeliciter cum Hunnis, Tartaris, Scythis & Gothis pugnauit: qui olim à regione trans Tanaim venerant, & superato nuper Istro (qui limes regionis erat) vagi Pannonias, Epirumque & Thessaliam, direptis & incensis aliquot vrbibus, depopulabātur. Valens itaque properè ex Antiochia accitus, tantā pestē auertere non potuit, sed magna clade victus, terga dedit, & in fuga vulneratus decidit ex equo: deportatūq; in vile turguriū; ibidē, ab hostibus septus, concrematur anno Imperij ferè 14. post fratris mortem tertio. sic miserè interit, qui paulò ante terror Oriētis fuerat: sed enim Christianos post mortem fratris afflixit, Arrianæ factionis fautor: monachos pugnare coēgit, repugnātes occidit. Pomp. Læt. Egna. li. i. Abbas Vrspergensis, Paulus Diaconus li. i.

**D O M I N I C A**, Valentis vxor fuit, quæ Constantinopolim obsidione liberauit, magna vi pecuniæ data Hūnis, Alanisque & Gothis, qui viētricibus signis, superato Valētio, eam obsidebant. Pompon. Lætus. in Fla. Val. Valentiniano. Claruerunt hoc tēpore Basilius magnus, Cyrillus, Ambrosius, Epiphanius, Gregorius Nazianzenus, Theologi.



**G R A T I A N V S**, Valentiniani filius, à patre factus Augustus, cum eo imperauit annos 8. cum patruo Valente 3. cū Theodosio 6. attamen post patrum Valentē tunc demū ipse imperat annos 6. auspicatūrque anno mundi 4342. à Christo nato 380. Hic pietate in suos egregius. Valentinianū fratrem ex patre, Iustinæ filium, adhuc puerū, Augustū dixit, patre patruoq; extintis. Mox Theodosium Hispanum in confortem Imperij assumit (ad exemplum Neruæ, qui Traianū ex Hispania ascierat) eīq; Oriētem cōmītīt vt esset velut vallum quoddam aduersus Gothos, & Hunnos, qui Thraciam & Daciam, tanquam naturale solum, occupabāt. Gratianus admodū iuuenis, bellum apud Argentoratū formidolosissimum ingenti felicitate confecit: nam plusquām 30000. Alemannorum interfecit. At verò dum tandem tantū spicula & arcus meditatur, & paucos ex Alanis, quos ingēti auro ad se vocarat, veteri ac Rom. militi præfert, Maximus qui apud Britanniam tyrannidem arripuerat, in Galliam traiciens, ab infensis Gratiano legionibus excipitur. Gratianum Parisiis fundit, & Lugduni ex improviso adortum, & in Italiam transire properantē, dolo circumuenit, & occidit. Eutro. auctus li. 12. Pom. Læt. Aure. Viſt. Egna. li. 1. Oro. li. 7. ca. 33.

**V A L E N T I N I A N V S** Gratiani supradicti frater, à Maximo ex Italia pulsus ad Theodosium, qui Orienti præerat, vñā cum Iustina matre adiit: à quo benignè suscep̄tus, & particeps Imperij factus, cum eo 7. annos imperauit. tandem in occidentis regnum restitutus, dum Viennæ negligentius moratur, fraude Eugenij & Arbogastis, à cubiculariis noctu strangulatur, vt voluntariam sibi mortem consciuisse putaretur. Pom. Læt. Eutro. auctus lib. 13.



**T H E O D O S I V S**, patre Honorio & matre Thermania genitus, genere Hispanus, originem à Traiano principe trahens, accitus ex Hispania à Gratiano, Imperij consors lectus, ac Orienti præfectus est, eodē certè anno quo solus imperat Gratianus. à cuius obitu ipsum merū Theodosij imperium incepit, anno mundi 4348. à Christo nato 386. Hic Hunnos & Gothos diuersis præliis vicit. cum Persis quoq; pacem pepigit. Maximum, tyrannum, qui Gratianum interfecrat, & sibi Gallias vēdicabat, vñā cum Andragatio præfecto, subito incursu vicit, ac prostravit. Valentiniano Imperium afferuit. Eugenium tyrannum atq; Arbogastem, in Valentiniani vltionē sustulit, non sine manifesto numinis auxilio, vt exclamat Claudian. his verbis:

*O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris  
Aeolus armatas hyemes, cui militat aether,  
Et coniurati veniunt ad clausa venti.*

Aquileiā per inuias alpeis cū raptim contendisset, deletis aduersariorum multis millibus, insignem reportauit victoriam. Quantum veterum scripta & picturæ docēt, Traiano fuit simili corpore, & moribus: nisi quod violentiam, & triumphandi cupiditatē ita detestatus est, vt bella non mouerit, sed inuenierit, prohibueritque lege, ministeria lasciuia, psaltriāsq; commissationibus adhiberi: & consobrinarū, tanquam sororum, nuptias vetuerit: tantum pudori & cōtinentiæ tribuebat. obiit Mediolani, atatis anno 50. Imperij 17. nam 6. cum Gratiano, & 11. post Gratianum imperat. fuit pius, sagax, nec à literis alienus. Aurel. Viſt. Pomp. Læt. Bap. Egna. li. 1. Pau. Diac. li. 12.

**F L A C I L L A**, Theodosij vxor, Arcadium & Honorium, qui etiam cum patre imperarunt, peperit. Vide Pomp. Lætum.



**A R C A D I V S** & Honorius, Imperatoris Theodosij filij, imperarūt cum eo 3. annos: attamen post mortem patris ipsissimum eorum Imperium incipit, anno mundi 4359. à Christo nato 397. Arcadius Constantinopoli imperat, Honorius Romæ: sed cùm per ætatē tantæ rerū moli impares essent, tres Imperij tutores testamēto sanxit pater: Arcadio Rufinū, Honorio Stiliconem cōmendauit: Africæ verò Gildonē præesse voluit. Quis autem animorū recessus intueri possit? sanctissimū legati ius cupido regnādi violat. Rufinus, clam missis muneribus, Alarico Gothorum regi capere arma cōtra Arcadium, persuadet, vt eo metu imperiū ipse ab Arcadio extorqueat. Re intellecta, à militibus Italicis, perniciosus tutor obtrūcatur. caput cū dextra ante Constatinopolis portas pendens, spe & tābus ludibrio fit. Caianus Rufini sceleris æmulus, eundē vitæ exitum habet. Imperauit Arcadius an. 13. obiit Constantinopoli. Pom. Læ. Bap. Egn. lib. 1.

**H O N O R I V S** imperat Romæ eodē anno quo Arcadius Constantinopoli. post annos 3. Gildo, Africam sibi vendicat: Mascezelis fratri filios enecat, à quo superatus, strangulatur. Mascezelem in solecentem vicit Honorius. Stilico Honorij socer regnum filio suo affectans, Sueuos, Vandalo, Alemanos magna prædæ spe sollicitat: illi properant cum 200000. & Rege Radagaso, qui in Italiam irrumpens capitur, & in carcere strangulatur: in cuius locum hostes Alaricum Regem creant, qui Romam capit anno mundi 4373. à Christo nato 411. Tandē fraude cognita Stilico Vandalus vñā cum filio sublatus est. imperat Honorius annos 31. cum patre 2. cum fratre 3. cum fratri filio 16. obiit Romæ. Pau. Diaco. lib. 4. Pomp. Lat. Bap. Egn. lib. 2.



**T H E O D O S I V S** iunior, Arcadij filius, Orientale Imperium post patrem tenuit anno mundi 4372. à Christo nato 410. hunc puerū admodum, moriens pater reliquit sub tutela Isidgerdis Persarū Regis: quod bene cessit: nam barbarus Rex tutelam summa fide gessit, & pacē cum Romanis quoad vixit habuit. Honorio patruo defuncto Valentinianum Constantio & Placidia natum, Cæsarem facit, & per opportunè Romā mittit: nam Ioannem factione Castini Imperatorem factum, atque etiam Africam sibi vendicantē, nouus princeps oppressit. Gensericus, Vandalorum Rex, post insignē victoriam & magnam stragem, Carthaginē occupat. Ad Aquilonem Bleda & Attila, fratres, Hunnorū Reges, Illyricum & Thraciam Thermopylas usque deprædantur: tamen omnia Theodosius magna gloria tutatus est. Vide Pom. Læ. & Bap. Egn. li. 1. vixit, imperauitq; annos 48. cum Honorio 21. postea 27. obiit morbo apud Constantinopolim. Vide Pau. Diac. li. 4. Hoc principe Venetiæ felicibus auspiciis in aquis habitari cœpere. Nestorius cum hæresi nominis sui, & cum Pelagianis, synodo Ephesina damnatur: & Pharamundus apud Francos primus regnat.

**E U D O X I A**, Leonis Atheniensis Philosophi filia, Theodosij vxor fuit, quæ præter egregiam formam, singularemq; pudicitiam, etiam literis excelluit: hæc filiam eiusdē nominis peperit, quæ Valentianō nupsit, quo Romæ occiso, vt viri mortem vlcisceretur Gensericum ex Africa vocavit: qui Romā venit, ac rediens Eudoxiam viduam abduxit.



**G E N S E R I C V S**, Alanorum, Vandalarumque Rex ab Hispaniis evocatus à Bonifacio Africæ præfecto, in Libyam intrmittitur, vt eidem Bonifacio aduersus Sigisuldū siue Sulđum opem ferat, nam Bonifacius ille Africā usurpare conabatur. Gensericus itaque cum suis Alanis & Vandalis totā penè Africam ferro, flamma, rapinis crudelissimè deuastans, catholicae insuper fidem Arriana impietate subuertit: anno mundi 4390. à Christo nato 428. post treis annos Hippone obsecit: mense 3. obsecionis D. Augustinus, in illa ipsa vrbe cuius erat Episcopus, obiit annos natus 76. nec vrbis suæ ruinam vidit. Pom. Læt. Paul. Diac. li. 14. Ab. Vrsper.

**A T T I L A** Hunnorum Rex omniumq; Septentrionalium penè nationum, fratre suum occidit, eiusq; subditos sibi parere compulit. Hic Imperium Occidentale ambiens, ac Visigothis inuidēs, exercitum 50000. hominum comparauit: in Galliam irrupit: cum Ætio, Imperatoris vicē gerente, & cum Theodoro- co Visigothorū Rege, in campus Catalaunicis grauissimo prælio pugnauit: cæsa sunt 18000. (alij scribunt 20000.) vtrinque hominū, inter quos Theodoricus: tantumq; sanguinis effusum est, vt parvulus qui ibi labeatur riuulus, immodicus subito torrens effectus, cadasera secum traheret peremptorum. commissum est id prælium anno mundi 4414. post Christum natum 452. nullus pedē reuulit, nullus retro vulnus accepit: tanta contentione pugnatum est. At superatus Attila, tandemq; resipiēs, Italiā peruasit furibundus, actumq; esset de ea, ni Papaā supplex illum adiēs, totius Italie salutem reportasset. Vxorem exinde duxit Imperatoris Valentiniani filiam, aliás minitatus Imperatori: dein alteram duxit: cùmque nuptiarum die nimio se vino īngurgitasset, expirauit, Pau. Diac. li. 15. Ab. Vrsper.



**F A R A M V N D V S**, primus Francorum Rex incepit apud eos imperare anno mundi 4383. à Christo nato 421. fuit hic Marcomiri Francorū Ducus filius, sed vt paulò altius rem repetam, Franci Troia oriundi (qua capta, Duce primū Francione, ad Mœotim paludē se contulerant, nec procul ab ea urbem condiderant, quā ad Valentianum usque Valentiani filium ac Gratiani fratrem incoluerant) Duce Marcomiro, Faramundi patre, in eam Germaniæ regionem, quæ nunc Franconia dicitur, concesserant tum cum ad vectigal pensandum reuocati, Imperium, circa paludem Mœotidē agentes, detrectasent. Sub Faramundo primū vii sunt legibus Fraci: tunc enim quatuor ex primoribus qui cōtrouersias dirimerēt, elegerunt: tunc etiam lex Saliqua cōdita Regnat. Faramundus apud Francos annos 11. Robertus Gaguin. li. i. Paul. item Æmyl. li. i.

**C L O D I O**, secundus Francorum Rex Faramundo patri succedit, anno mundi 4394. à Christo nato 432. Hic Thuringos subegit: Cameracum cepit: Romanos ad Rhenum prostrauit: traiecto flumine, Tornacum etiam cepit, in Galliam traiecit, finitos Reges vicit: Burgundiam, Tholosam, totamque Aquitaniam in potestatem redigit: comatos voluit esse Francos, libertatis indicium, comatus ipse dictus. Rexit annos 18. Vide vt supra.



M E R O V E V S tertius Francorum Rex , succedit Clo-  
dioni anno mundi 4412. à Christo nato 450. siquidem occi-  
sis à Bonifacio in Africa pueris Valentiniani Cæsar is, aduersus  
eum à matre Placidia missis, ad tantæ cladis famam Franci, ve-  
lut nouo classico exciti, hoc Rege in Galliam regressi sunt. Co-  
gitur Aëtius, exercitus Romani dux, cū pristinis hostibus Fran-  
cis, Burgundionibúsq; fœdus ferire: cui etiā opem tulerunt ad-  
uersus Attilā in campis Catalaunicis , vbi prostrata sunt vtri-  
que 200000. armatorum: rūc rediit Attila in suam Hungariam.  
Porrò Aëtius Francos cum eximiis laudibus dimittit. Franci  
longius spe promota, Senonum etiam , Parisiorū que ac Au-  
relianensium ciuitates occupauere. Quicquid in Gallia Mer-  
oueus Rex cum suis possedit, Frácia dici cœpit. Exspectatione au-  
tem magnorum nouorūmque motuum cōsiliorūmque, Mer-  
oueus obiit, anno regni 10. Vide Paul. Æmy. li. i. Gag. li. i.

C H I L D E R I C V S , Merouei filius, vir bello clarissimus,  
pacis artibus minus nobilis, successit patri anno mundi 4422.  
à nat. Christi 460. Hic cum pudicitiam illustrium fœminarum  
attentare diceretur, ob cōiurationem procerum, sibi fu ga con-  
sulere coactus, in Thuringiam ad paternos amicos se contulit,  
expectaturus fortunam aliquam redeun di: datis prius occultis  
mandatis amico Vidomaro, acerrimi ingenij viro: num mūmq;  
aureūm cum in duas partes Childericus diuissit, alteram sibi  
retinuit, alterā illi dedit, vt nullinuntio fides haberetur, nisi qui  
partē nummi deferreret. Sic itaque bello nil opus fuit ad recupe-  
randum regnū: plus amicitiæ necessitudo, quàm vlla arma, va-  
luit. Rexit annos 26. Vide vt supra.



V A L E N T I N I A N V S tertius , Constantio & Placidia  
genitus, ab Honorio cum matre pulsus, in orientē proficiscitur,  
à Theodosio iuniore suscipitur: subinde mortuo ipso Honorio,  
Eudoxia Theodosij filia in vxorē accepta , Romam opportunè  
missus, Ioannem tyrannum obterit: à Theodosio Augustus ap-  
pellatur, Romæque Imperat, anno mundi 4329. à Christo nato  
427. cum Geneserico statim fœdus init, parte Africæ, vt videri  
voluit, cōtentus: & aduersus Attilam Aëtij ductu , feliciter con-  
flictit: quem Aëtium postea iussit occidi: à cuius militibus, in vl-  
tionē, ipse Imperator paulo pōst occiditur. Hoc principe Fräci  
Gallias, Angli & Scotti Britanniam occupant. Vandali Africam  
populantur. Hunni Europam vexant & Italiam: tunc imperium  
Romanum funditus est collapsum ad Carolum magnū usque:  
nihilominus tamen interea Constantinopolitani Imperatores,  
Romanos se quoque Imperatores nuncupabant. imperauit an-  
nos 30. Pomp. Læ. Egna. Pau. Dic. lib. 5.

M A R T I A N V S humili loco natus, militia tamen clarus,  
Pulcheriæ Archadij filiæ opera, Constatinopoli , post Theodo-  
sium primum admodū senex imperauit. Cum Vandali fœdus  
percussit: arma nunquam nisi prouocatus mouit: dicere solitus,  
*Non decere principē arma sumere, dum licet ei in pace viuere.* Is Talia-  
num Iuliūmque (ambo fratres erant, qui eum olim ægrum ho-  
spitio suscepérat, & aquilæ superuolantis eius caput, auspiciū  
retexerant, viatico que 200. aureorū in opē & ægrum recrearāt)  
statim vt princeps est dictus, illum Constatinopoli, hunc Illy-  
rico præfecit. Imperauit Martianus annis septem , auspicatus  
anno mundi 4413. à Christo nato 451. Vide vt supra.

Ggg



FL A. Vale Leo, primus Græcanici sanguinis, Asparis Patri-  
cij factione, post Martianū Conſtātinopolis imperat anno mun-  
di 4420. à Christo nato 458. Aspar conuenerat cum Leone,  
vt factus Imperator, Ardaburiū eius filiū adoptaret: quod Leo  
præstitit: populus, vbi hæc nouit, Ardaburium cum patre inte-  
remit: vel ut alij sentiunt, infidiarū in se autores occidit: Anthe-  
mum Cæsarē fecit Leo, Romānque misit: deinde Olybrium  
misit qui Anthemiū regno pelleret: at factione Richomeri iam  
iam fuerat Seuerus Lucanus Rauennæ Imperator elētus. Leo  
Basiliscum Patritiū aduersus Gensericū misit, qui eum propul-  
sauit, cùm iterum in Italiam irrumpere tētaret. Cum Ostrogo-  
this fœdus pepigit, (nam Illyrium vastabant) eisq; Pannoniam,  
acceptis obſidibus, incolendam concessit. Hic Leo paulò ante  
obitum Leonem, Ariadnæ filiæ ſuæ filium, conſortem imperij  
fecit. Byzantium magna ex parte conflagravit: præterquā quod  
Italia in perpetuo motu fuit. Imperavit annos 17. Pomp. Læt.  
Egna.lib.2.Pau.Diac.lib.16.

LEO iunior, puer ab aeo relictus, cum annum præfuisse, Zenoni patri, aut saltē vitrico, manibus suis diadema imposuit, patrēmque pro ſe deinceps imperare iussit. Egna.lib.2.



Z E N O Constantinopoli imperat anno mundi 4437. à  
Christo nato 475. fuit ex Isauris Ciliciæ, obscuri sanguinis, fa-  
cie deformis, moribus tyrannus, vt Isaurū agnoscas. Hic Theo-  
doricum Ostrogothorum Regē cum vnicē diligenter, Cōſulem  
fecit, ac in Italiam aduersus Odoacrē misit: occurrētem Odoa-  
crem Theodoricus prælio vicit, fugauit: fugiēs Odoacer, intra  
mœnia vrbis non admittit, citissimè Rauēnam cōtendit. trien-  
nium ibi obſeffus, tādēmque à Theodorico in fidem receptus,  
contra fidem truculēter excarnificatur. Pellitur regno Zeno à  
Basilifco factioне vxoris Augustæ, cùm in Isauriam cōceſſisset  
maritus Imperator: non multò pōst reuersus Zeno Basiliscū ex-  
pulit, quē vñā cum filio inedia mori coēgit. Sunt qui viuum ad-  
huc inclusum ab vxore sepulchro tradant. Hoc principe incen-  
dium oēdō graue fuit, vt præter maximā vrbis partem confla-  
gratam, centum & viginti librorum millia combusta sint: inter  
quæ & Homerī poēma, intestino draconis 120. pedū, aureis li-  
teris descriptum. Pom. Læt. Pau. Diac.lib.6.Egna.lib.2.

A R I A D N A, supradieti Zenonis vxor, fratrem Basiliscum  
Imperatorem fecit, filiūmque eius Cæarem, absente quidem  
viro ſuo, qui rediēs ſupplicium de patre & filio ſumpfit, vti iam  
dictum eſt. Bap. Egna.lib.2. Romanorum Principum.

G g 2



F L A. Vale. Anastasius, Constantinopoli post Zenonem, Ariadnæ opera, imperat, anno mundi 4454. à Christo nato 492. Hic à Græcis cognominatus est Dicoros, à discoloribus oculorum pupillis, quarū dextra nigricás, finistra cœrulea fuit, inter bonos principes referéduis veniret, quanquam humili loco ad imperiū sit electus, nisi postea mutatus Eutychianæ hæresi adhæsisset: vnde illi aduersus orthodoxos graue diffidium conflatum. Legatos Indorum cum muneribus venientes, placidissimè audiuit. à mari ad Selymbriā longum murum duxit, ne incursionses Myorum, Bulgarorū, & Scytharū obesse possent. Athenodorus Tyranus in Cilicia pœnas luit: & Longinus tanquam fera dilaniatus est. Hunni, non cōtentī Armenorum spoliis, Cappadociā vastauerunt, & vsque ad Lycaoniam vrbes diripuerunt. Ad Aquilonem Vitalianus rebellauit: vt quiesceret nongēta pondo auri ab Imperatore accepit. Getæ Macedoniā, Thessaliam, Epirum diripuerunt: quibus, pro captiuis redimendis aurum cùm misisset Anastasius, nec sufficeret hostiū votis, Barbari captiuos aut in domibus suffocarūt, aut pro mœnibus in cōspectu multitudinis trucidarunt. obiit octuagenario major, subita morte, vel fulmine tactus, ob heresim vt aiunt, imperij anno 28. Pom. Læ. Egna. lib. 2.

I V S T I N V S Thrax, dolo imperiū adeptus est: nam mortuo Anastasio, accepta ab Amantio eunucio pecunia vt militi pro Theocritiano eligendo distribueret, in se cautè Thrax suffragia vertit. fuit primū suū custos, deinde boum, pòst lignarij cuiusdā minister, postea miles, deinde princeps ordinis, hinc Comes, dein Imperator: annis 9. optimè præfuit, & feliciter. Vide vt supra.



A M A L A S I V N T H A Theodorici filia Athalaricique Gothorū Regis mater fuit, cum qua imperauit ipse filius octo annos, auspicatus anno mundi 4488. à Christo nato 526. hæc mortuo filio Athalarico Theodatum cognatum in consortem imperij legit: verūm ingratus hic, ac perfidus, eam paulò pòst relegauit, tandem etiam obtruncari iussit: nec ita diu postea imperauit: quinetiā ipsum Optaris occidit: quare Goths Vitigem Regem crearunt: quē captū Belisarius Rauenna potitus, Constantinopolim duxit. Blondus lib. 3. Deca. 1. Pau. Diac. lib. 7. Ab. Visper. Pom. Læ. in Iustiniano. Pau. Emy. lib. 1. de re. Franc.

A T H A L A R I C V S Gothorum Rex, Theodorico auo materno, (qui Gothorum primus in Italia imperauit 34. annis) iuuenis admodū, nempe octo annorum, successit: huius immaturam ætatem mater rexit, erudiendāmque ciuilibus, priusquam bellicis artibus curauit: nam pater Eutharicus obierat. hic ætatis anno 16. imperij 8. deceſſit. Vide vt supra.

Ggg 3





**CLODOVEVS** hoc nomine primus, Francorum Rex quintus, Francicæ vtique religionis conditor, successit patri Childerico anno mundi 4448. à Christo nato 486. Hic vxorem duxit Christianam Clotildem Burgundionem. Syagrius, Egidij Romani filius (eius qui, expulso Childerico, Francis præfuerat) à Suezionibus expulsus, Tolosam confugit ad Alaricum Visigothorum Regem: à quo proditus, & Clodoueo redditus, securi percutitur. Sic desiere expulsi & cæsi in Galliis imperium habere Romani. Deinde Clodoueus Turingiam debellat: à Rheno ad Sequanam regnum ampliat: ad Ligerim vsque fines suos extendit. In bello quod ad Tolbiacum gessit, periculi magnitudine, idolorūmque diffidentia, repente vout se Christianum fore: voto facto Germanos hostes vicit, subegit, tributa imposuit: à D. Remigio Remensi Episcopo cum Francis omnibus baptizatur. Post hæc Gundebaldum Burgūdiæ Regē regno & patria cedere coëgit: Alaricum Regem cum suis Visigothis fudit. Mœnia Engolismæ ruinosa in cōspectu Clodouei urbem aggressuri ruunt: illinc Burdegalā vsq; hostes insecurus, iterum vicit. Omnes tum ferè Gallias, & vniuersam Alemaniā Rex subditione tenuit: ab Anastasio Imper. dona recepit, Patritiatus & Consulatus titulum, & insignia, coronā insuper auream, multis vñionibus distinctam, quam postea Romā D. Petro offerendam remisit, rex it an. 30. Hic Lutetiæ sepultus est in æde quā D. Petro & Paulo erexerat: hodie Fanū D. Genouefes vocatur. Æmy. li. i.

**CHILDEBERTVS** patri Clodoueo successit ann. mundi 4478. à Christo nato 516. Hic Almaricum fundit, occidit: Hispanias populatur: sororē, quod ab Arriana hæresi abhorret, à viro Almarico Alarici filio duī è tractarā, reducit. Tādem obiit sine liberis anno regni 45. Sepelitur in æde D. Germani ad Parisios ab eo electa, & dicata D. Vincentio.



**IVSTINIANVS**, Iustinini ex sorore nepos, ab auunculo, paulò ante obitum successor instituitur, imperatq; anno mundi 4491. à Christo nato 529. Hic Romani imperij gloriam Plurimum ampliauit. Primum Perses, Belisarij opera, intra suos finis cōtinuit, fudit, fugauit, trans Eufratē abire coëgit: iura imperij toto Oriëti posuit: Belisarium cum victoria redeuntem, & aureo curru triumphantem Iustinianus magno plausu exceptit. Inde eodem duce Romā à Gothorum seruitute afferuit: Africa quoque recuperata, Gelimerem, Vandalarum Regem, catenis vincitum Constantinopolim misit Belisarius: triumphus maior Persico fuit. Narsete duce, occupato aliunde Belisario, tandem Gothos deleuit Iustinianus. Leges, fusissimè antea dispersas, opera Tribonianī cōtraxit: Institutionū libros quatuor edidit: Codicem inuulgauit. Maximus sanè princeps, nisi auariciæ, & delirij Eutychiani reus fuisset. Serici vsus ē Persis ad Græcos hoc tempore trāsfit, iampridē desitus. Moritur morbo, & mente captus, anno ætatis 82. imperij 38. Pom. Læt. Pau. Diaco. lib. 7. & 8. Egna. lib. 2. Eutr. auctus lib. 16. autor est, Iustinianum morte p̄r̄uentum cūm edictum vbiq; à pietate alienum transmisisset.

**THEODORA** vxor fuit Iustiniani, ex quo matrem Iustinæ suscepit Iustinianus. Hæc fraudē molita est in Syluerium Papam, quem Belisarius falsis testibus conuictū in exilium misit, ubi etiam mortuus est. consulito Eutropium auctum li. 16.



**C L O T A R I V S** Francorum Rex septimus , atque huius nominis primus, succedit fratri Childeberto , imperatq; Francis anno mundi 4522. à Christo nato 560. Hic tertiam redditum ecclesiæ partem sibi dari iussit : cui dationi Turonum Archiepiscopus liberè & fortiter se opposuit, vaticinatus regno spoliatum iri Regem, si pauperum bona imminueret aut eriperet. Cranū filium bello subactum, cum vxore, liberis, & vnuerfa familia exurendum curauit. is enim patri non obsecundans, multa Galliæ dāna intulerat, primū à Childeberto patruo instigatus , deinde socero Aquitaniæ duce eius causam defendente. Conabus Britānus eum exceptit, ac tutatus est. Socerum illum Rex ferè perdiditerat. Britannum autem paulò ante filij necem interemerat. Rex Compendij obiit anno regni quinto. Pau.Æmy.lib.1.Robertus Gaguinus lib.2.

**C H E R E B E R T V S**, qui & Aribertus , patri Clotario succedit anno mundi 4527. à Christo nato 565. nam ei, diuisa inter fratres hæreditate paterna, parisijs sorte obuenere: Chilperico Suectionum regnum, Guntrano Aurelianēsium, Sigiberto Metēsium. Fertur Cherebertus paucos annos vixisse , muliere quavis corruptior, scortationi & luxui addictissimus: cōputantur tamen in chronicis anni nouem administrationis huius Childeberti. Pau.Æmy.lib.1.Ro.Ga.lib.2.



**I V S T I N V S** Iunior , filius filiæ Iustiniani Imperatoris, post auum imperat Constantinopoli anno mundi 4529. à Christo nato 567. Hic æmulus Iustini, atque perinde ac filius à Iustiniano in regia semper enutritus, facilis admodum ingenio fuit, atque ad promerendam, ex liberalitate, hominum gratiam accōmodato. Cum Persis fœdus pepigit, tributo, quod Romani annum his penderent, sublato. Porrò Narses cū post Gothicam victoriā Italīæ præcesset, accusatur apud Iustinum, malæ administrationis: hic per literas se purgat. Sophia Iustini vxor, scripsit ad Narsensem ut ad pensa muliebria rediret, eunuchus enim erat Narses, quare eum oderat. tunc Lōgobardi, Germanica gens, qui in Pannonia erant, à Narsene indignati vocati, in Italiam irrumpunt, quā ab Alboino Rege ad Desiderium, per 204. annos in principatus diuisam tenuere: responderat vtique Sophiæ Narses, se talem texturū telam, quam ipsa discutere & diuellere nequiret: obiit graui pedū dolore Iustinus anno imperij II. Pom. Læ. Egn. lib.2. Longinus , primus Rauennæ exarcha fuit anno mundi 4533. à Christo nato 571.

**T I B E R I V S** Constantinus adoptatus à Iustino , rem per septennium satis feliciter administrat, Persas sæpe profligatos, intra suos fines compellit, recepta Mesopotamia. Longobardi rupto fœdere vrbē Romam graui obsidione premunt: sed eos iniuria decidētium imbrium depellit: nihil hoc principe fortunatus , si res ut in Oriente, ita in Occidente successisset. vixit summa cum pietatis & liberalitatis opinione. Pomp. Læt. Egn. lib.2. Diac. lib.8.



M A V R I C I V S , Cappadox , Tiberij Constantini gener fuit: à Socero successor declaratur, imperatque ann. mun. 4547. à Christo nato 585. Hic imperium sub initia Persis victis , Scythis afflictis , Longobardis repressis , ac Hunnis è patrio solo in solitudines pulsis, feliciter administrauit. Mox tamen cùm præ auaricia, stipendia aut nulla aut rara daret, cōiuratur in eum ab exercitu cui præterat Phocas imminēs Sarmatiæ. Tandem cùm frustra Phocæ infidias, somnio etiā admonitus præcauet, cùmque miles stipēdīo fraudatus, seditionis agit, ab eodem Phoca imperio & vita priuatur Mauricius anno ætatis 66. imperij 20. vxor, liberi, omnīsq; eius prosapia cum eo sublata est. Turcicum nomen tunc primū Asiæ auditum. Pom. Læ. Egna. lib. 2. Hic Mauricius Childeberto Fracorum Regi summam argenti misit vt Longobardos Italia exturbaret. Pau. Diac. li. 8. mirū est sanè in hoc Imperatore opum cumulandarum cupiditatē eius oculos ita excæsse, cum præsertim notarius primū fuisset, deinde miles, postea præfectus vigilum, deinde Imperatoris gener, postea Augustus. Discant itaque Principes auaritiam non tātū illos dedecere, sed & damno & exitio interim illis esse: (exemplō sint Imperatores Pertinax & Mauricius) contrā verò maximum esse Principis ornamentum liberalitatem.

C O N S T A N T I N A , Tiberij Imperatoris filia, Mauricij vxor fuit, ex quo liberos suscepit, qui vñā cum patre & matre cæsi sunt, vti dictum est. Vide autores quos supra.



CHILPERICVS, post fratrē Cherebertum apud Francos imperat anno mundi 4536. à Christo nato 574. Initio Chilpericus neque omnia tenebat, neq; fortior erat. Inter fratres de regno lis est. Sigiberto in Germania trans Rhenū oœcupato, Remorū oppidū quod ditionis Sigiberti erat, nonnullāq; in Campania loca Chilpericus adoritur: parātque bellū quantum potest maximū cum filio Theodeberto. Sigibertus redit: Suezionum deditio[n]e facta, Theodebertum capit, quē statim ad Chilpericum remittit, iureiurādo tamen prius astrictū, vt ne vnquā bellū aduersus eum susciperet. Attamē iussu patris, violato iureiurando, cōtra patruū dimicans occiditur Theodebertus. Rebus accisis Chilpericus Tornacum se recipit. Sigibertus magna pōpa cum vxore Brunechilde Parisios ingreditur: atq; post paucos dies cùm statuisset fratri ne vitam quidē saluā iri, à duobus percussoribus, quos Fredegūda Chilperici vxor immiserat, trucidatur: Hæc tandem etiam cum adultero Landrico, virum, regē, noctū à venatione redeunte, cædi curauit: ad Calam Parisiorū vicum. huius item imperio nouercæ, puer regius Clodoueus, natu postremus, iam ante necatus fuerat. rexit annis 14. Sepultus est in æde D. Germani à Pratis, iuxta Lutetiam. Æmy. lib. 1. Gaguin lib. 2.

C L O T A R I V S , huius nominis secundus, Francorū Rex 10. Chilperico patri puer admodū successit, anno mundi 4549. à Christo nato 587. Tutor à Guntrano patruo ei datur Landricus: apud matrem Fredegundam educatur. Cruētam de Saxonibus victoriā reportat Clotarius: rexit annos 44. in æde D. Germani sepultus est. Vide vt supra.



**P H O C A S** in eius Imperatoris, & Domini sui, locū succedit, quē nuper imperio & vita priuarat: nec tamen ipse ab auariciæ vicio tēperauit, cùm causam ei auaricia Mauricij præbuisset coniurandi in caput illius: quin longè studiosius corradēx pecuniæ incubuit: & omnia ex Persicæ seruitutis instituto egit. Hic Romanum Pontificē primarium omnium declaravit sollicitatus à Bonifacio 3. Cætera adeò socors & ignauus, & frequentibus adulteriis infamis, vt cùm Ro. imperium vndiq; barbari vastarent, starétque solùm eius nominis vmbra, conspiratum sit in illum ab Heracliona, Heraclio & Prisco, qui captum inertissimum hominem prius interfecere quām ferre ei supprias eius milites potuerint, omnémq; stirpem impurissimi principis sustulere. cœpit imperare anno mundi 4567. à Christo nato 605. imperatque annis 8. Egn. lib. 2.

**H E R A C L I V S**, qui in Phocam coniurarat, à militibus primū Imperator pronunciatur: populus dein & Senatus ingenti acclamatione probant: accepto itaq; diademate à Sergio Constantinopolitano patriarcha, Persicum bellum parat, legatis antea missis pro induciis impetrandis. Ludibrio habitus à Persis, adeò excanduit vt differre non potuerit: respondebant enim impij hostes non prius se Romanis pacem datus, quām Christum abnegasset Imperator. Perside igitur omni, in vltionem, igni ferrōque vastata, lignū salutiferæ crucis recepit. Celebris adhuc est nobis dies festus, argumentū victoriæ insignis: Tigris factus est inter vtrosque limes: nouo tandem mortibigenere obiit Heraclius, anno imperij 30. Pom. Læ. Egn. li. 2. Tunc Mahomethes insanus emersit.



**M A H O M E T V S** ex stirpe Ismaëlis oriundus, in Arabia humili loco natus, inops, ac orphanus, captus est ac vēditus mercatori cuiusdiu diuiti, qui eum mercioniis præposuit. hero mortuo vxor eius vidua ac vetus nupsit Mahometo robusto iuueni: qui à Sergio monacho hæretico prava imbutus opinione, diuinitatem quādam inde sibi adstruxit, quam leuissimo hominum generi facile persuasit: cūmq; epilepsia laboraret, cōspectum se Angeli Gabrielis minime ferre posse cōminiscebatur: sunt etiā qui prodant assuefactā columbam ei ad aurem aduolasse, grana in aure capturā, mētitūmque eum hanc esse spiritum sanctū. hic vinū lege prohibuit: plures vxores permisit: paradisum etiam voluptarium constituit: legem suam armis tutari sanxit. Hic itaque rerum successu elatus, Syriā, vastat, Damascum expugnat: in Persas mouet: à quibus victus Scenitas Arabes, Romanæ assuetos militiae, ab Heraclio, ob negata stipēdia deficiētes, adiungit. Sic stabilito paulatim imperio, an. ætatis 40. yenne, vt aiūt, à cognatis ad quos vxoris hæreditas spectabat, inter epulas immixto, interiit spurcissimus ille: cuius rādē superstitione Romanorum principū ignauia, eò creuit, vt iam non Asiam solū, & Africam, sed bonam Europæ partē infecerit. Vide Egn. lib. 2. Pom. Læt. Blon. lib. 9. Deca. i. Chro. Antonini titu. 13. cap. 3. hunc Turci vocant Mehemet, alij autem Muhamet.

**C A D I G A**, seu Tadiga Mahometi hera, cū vidua esset quin quagenaria, ac diues nupsit seruo suo Mahometo, à Sergio monacho, vti censem Pom. Læ. persuasa, hic Mahometus primò Cadigæ camélis ad negotiādū vtebatur: cūmq; veniret in Palæstinanum cum Iudæis & Christianis versatus, religionémq; eorum edoctus, ex his duabus dōctrinis mixtis, vnam quandā tertiā ac nouā cōfinxit circa ann. mun. 4586. à Christo nato 624. Vide Ab. Vrsper. in Heraclio Imper. & Volater. lib. Geographiæ 12.



**H E R A C L I V S**, qui & Constantinus iunior , & nouus Constantinus dictus est , Heraclij ex Fabia Eudoxia filius fuit: admodum adolescens erat tum cum à patre imperiali diadema te donatus est. Hic veræ pietatis cultor, cum nondum annum imperasset, Martinæ nouercæ insidiis, quæ Heraclionæ filio imperium astrueret, veneno sublatus est. Vide Baptistam Egna. li. 2. Pom. Læt. Succedit Heraclionas Heraclio anno mundi 4604. à Christo nato 642.

**H E R A C L I O N**, siue Heraclionas, imperauit Constanti nopolis cum Martina matre, quæ imperium inuaserat benefica: haec cum esset filia fratri Heraclij prioris Imperatoris, fuit item illi Heraclio vxor, suscepitque ex eo hunc Heraclionem siue Heraclionam. Cum imperium male partum vix biénio tenuissent mater, & filius decennis, in exilium à Senatu in Cappadociam mittuntur: mulieri lingua præciditur, ne oratione, qua plurimū valebat, populos commoueret: pueru nasus abscinditur, ne decor aut gratia vultus in miseratione populum flechteret. Senatus tunc sine militibus Imperatorem Constantem fecit, quod raro contigit, vel ante vel post Tacitum, Pomponius Lætus, in progenie Heraclij.



**D A G O B E R T V S** huius nominis primus, ac Francorum Rex undecimus succedit patri Clotario, huius nominis secundo, anno mundi 4593. à Christo nato 631. Hic viuo adhuc patre, paedagogo barbam vulsit, virgīsq; eum cædi iussit: pro miraculo habetur, patris iram vitare potuisse. Fratri Ariberto Aquitanæ regnum in partem hereditariam dedit: Sclauos adhuc idololatras debellauit. Effeminatus Dagobertus, scortorū & pellicum agmen secum traxit: & variis in locis formosarū collegia instituit, quæ ut Reginæ adornarentur: D. Amandus, id flagitij corripiens, in exilium mittitur. Rex Iudeos omnes qui Christum amplecti nollent, editio expulit. Templum D. Dionysij, ad Parisios, à fundamētis erexit: ex aliis undeque corrasit, quò id vnu ditaret, nec quisquā ante eum patrimonij redditus annuos templis tam profuse donauit. Vascones rebelles in fidem recepit. Tandem profluuo ventris obiit anno regni 14. Pau. Emyl. lib. i. Gag. lib. 3.

**C L O D O V E V S**, huius nominis secundus, Francorum Rex duodecimus, succedit patri Dagoberto anno mun. 4607. à Christo nato 645. cum Sigibertus natu maior Austrasia contentus esset. Clodoueus & Ludouicus idem nomine est Germanicè. Sigibertus, nulla prole suscepta, Ildebertū filiu Grimoaldi adoptat: verū mox nascitur illi filius Dagobertus: quem Grimoaldus valde puerū, & tonsuram, & monachum in Scottiā mittit, patre Sigiberto defuncto: & eundem Ildebertum Austrasiæ Regem creat. Clodoueus hanc perfidiā minimè fert. Ildeberto in bello occiso, Grimoaldus captus, Parisiis in carcere vitā miserè finiit. Fames maxima Galliā inuadit: cui ut succurrat Clodoueus, thesauros & opes, quibus ædem D. Dionysij Dagobertus pater ornarat, aufert, obiitque anno regni 17.



**C O N S T A N S**, qui & **Constantinus**, Heraclij Constantini supradicti ex **Gregorio**, filia Nicetæ Patricij, filius, imperio potitur adnitente Senatu, vti dictū à me est, qui Martinæ scelus execrabatur. Hic dicitur etiam **Constantinus tertius**, qui valde dilectus ab auo Heraclio, Phocæ successore, magnisque honoribus functus, autæ tandem impietatis hæres, Martinum Ro. Pontificem sibi aduersantem comprehendendi iubet, in exilióque mori cogit. A Saracenis vietus aufugit. Bienni ab eisdem induciis impetratis, Italiam petit, vt eam à Longobardis liberet: à quibus etiam vietus, in suos conuertit iram, laminas argenteas, quibus Pantheon tegebatur, & alia quædam pretiosa, reliquias hostilium prædarum atque incendiorum aufert: plûsque ornamentorum intra quintū diem vrbi detrahit, quæm barbari per tot annos: quicquid Romæ antiqui operis, signorimue fuit, in Siciliam secum asportat: vbi cum sextū annum agit, & auarè ac crudeliter tributū exigit, in balneis, à ministris, autore Mazese, interficitur, anno imperij 27. ccepit anno mundi 4605. à Christo nato, 643. Poin. Læt. Diaco. lib. 8. Egna. lib. 2.

**C O N S T A N T I N V S**, natu maximus Constantis prædicti, post patrem imperat. Hic in Siciliam venit, vltusque Mizizium, siue Mazesen, tyrrannum, & cædis paternæ conscos, bellum in Saracenos annos septem terra marique feliciter gefit: vnico congressu 30000. cæcidit: tributarios fecit. Ignis sub aqua ardet, Callinici inuentum: quo valde terrentur hostes Arabes. Bulgari trans Danubium derepēte bellum ostentant: inhonesta pace, Mysia ad inhabitadum datur, cum annuo tributo. imperat annis 17. Pogonatus dictus, id est barbatus, quod barbatus è Sicilia rediisset. Egn. lib. 2. Dia. lib. 8. hic è palatio præcipitatus interiit.



**C L O T A R I V S**, huius nominis tertius, Francorum Rex decimus tertius, succedit patri Clodoueo secundo, tanquā maximus natu filius, anno mundi 4624. à Christo nato 662. Hic egregij nihil prestitit. Theodoricus huius frater Childerico minor, post hunc, Ebroini Magistri equitum opera regnat: sed ob incontinentiam & sclera regno pellitur: & cum suo Ebroino in cenobium truditur Theodoricus. Childericus frater, qui in Austrasia imperabat accersitus, Rex creatur. Tunc inertes Reges toti se Magistris equitū permittebat, in deliciis clam volabantur: rātū in publicū prodibant Calēdis Maij, cūm pompa & regio apparatu. Ferè Parisi & Neustria regnum erat vniuersæ eorū ditiones: reliquum Galliæ in cōtrouersia erat, quæm plurimis ab eorū imperio deficientibus, dum penes Magistros equitum summa rerū esset, apud quos stetit ad Pipinū usque, id est annis ferè cētum: vixit, ex quo patri in regno successit. Clotarius ann. 4. regio magis ornatus nomine, quæm Regem agēs, sicuti nec qui ad Pipinum usque ferè sunt. Aemy. lib. 1. Gag. lib. 3. obiit nullis relictis liberis.

**C H I L D E R I C V S**, huius nominis secundus accersitus ex Austrasia, vti dictum est, creatur Rex, in locum Theodorici prædicti anno mundi 4629. à Christo nato 667. Crudelis hic in suos, insignem virum Bodillum, palo alligatum flagris cædi iubet. Bodillus in vindictam intervenadum Regem adortus eum occidit 12. regnante annum, atque vñà cum eo Reginam Blitildem, yterum ferētem. Sepultus est ad fanum D. Germani à pratis. Consulito autores quos supra.

Hhh



THEODORICVS, huius nominis primus, ac Francorum Rex decimus quintus, qui iam post Clotariū tertium, ferè annum regnarat, & ob scelera in monasterium detrusus fuerat, perempto Childerico, è monastica vita reuocatus, à Francis in solium reponitur, anno mundi 4641. à Christo nato 679. Lendesius, Ercembaldi filius, Magister equitum creator. Ebroinus, tandem reliquo monachatu, ingenti sceleratorum manu collecta, inopinates hostes magna celeritate opprimit. Gaza capta, Rex ægrè effugit initio: mōxq; se Ebroino cōmittit, Magistro equitum ab se dicto, & periculorū socio: medio in colloquio trucidatur Lendesius ab Ebroino. Ita sublato aduersario, Ebroinus vnuſ rebus, Regique præest: sœuitq; in eos quos sibi in calamitate insultasse sentit, nec dignitati, nec sanctitati cuiusquam patet. Pipini dein, & Martini, fratrū, Austrasianorū Ducum acies fundit Ebroinus, contrāq; fidem datam Martinum occidit. tandemque occiditur ipse, ab Ermēredo in Martini vltionē. Mortitur Rex anno regni 14. qui à Pipino victus, fugatusque fuerat ante paucos annos: tum Pipinus Palatij curā suscipiens, multum res Francorum auxit. Vide Gag. lib. 3. Æmy. lib. 1. Rex Atrebatibus sepelitur in D. Vedasti æde.

CLODOVEVS, huius nominis tertius, Francorum Rex 16. succedit patri Theodorico anno mundi 4655. à Christo nato 693. Hic breuis æui, moriens post annos quatuor, fratrem suum Childebertum regni successore habuit. Claret venerabilis Beda. Frisij, Rabodo eorum Duce superato, in Christianissimum à Pipino inducūtur: apud quos Vullibrotus, quem nonnulli Clementem Papam vocant, frequētes de Christi verbo conciones habuit, eosque instituit. Vide Chro. Reg. Fran.



IV STINIANVS huius nominis secundus, qui etiā Iustinus quartus dicitur, Heraclianæ stirpis ultimus, imperat post patrem anno mundi 4648. à Christo nato 686. hunc pater Constantinus 4. imperij hæredē reliquerat, & fratribus minoribus, ne ad imperium aspirarent, nares abscederat. Praui hic ingenij, synodus aduersus sextam à patre celebratā indixit: aduersantem Papam cōprehendi iussit, quod hanc synodū minimè probaret. Bellum in Arabas & Bulgaros cōtra foedus mouit, vtrunque infelicer gesit. Ammiratus Saracenorū Rex cum eo fœdus icit, Africānque restituit. Tum crudelitate in suos inuisior factus, imperio deturbatur anno imperij 10. & relegatur Chersonā, nare prius absissa: opera Bulgarorum post annos sex restitutus in hostes sœuit: Tiberiū qui Leoncio successerat, fugat: Callinicū exocular: ac quoties truncas nares mungit, vnu aliquem ex iis qui Leontio fauerat trucidat. Post annos sex restorationis, Chersonā euertere studens, à Philippico, quem exilio dānauerat cum Tiberio filio, bello superatur, & occiditur. Egn. lib. 2. Pau. Diac. lib. 8. Ab. Vrspur.

LEONTIVS, qui & Leo secundus, adnitente Callinico Patriarcha Constatinopolitano, Iustinianum imperium deturbat, imperiumque inuadit, anno mundi 4658. à Christo nato 696. itaque ab Heraclio, qui Phocā occidit, in vna gente imperatum est annis plus 80. quod vix vlli priorum contigit: fuit Iustinianus sextus continua serie ab Heraclio Imperator, traditumque est imperium velut per manus Heraclianæ stirpi, quæ defecit in hoc Iustiniano. Porro Leontius itidem cum infecta re ab expeditione Africana rediret imperio pellitur à Tiberio Absimaro, post annos tres, nasoque mutilatur, & in carcerem truditur. Egra. lib. 2. Diac. lib. 8.



**A B S I M A R V S**, qui & Tiberius tertius, ab exercitu Imperator eligitur, cum Leontius ingēti classe parata aduersus Arabas Africam occupantes, infecta re rediret, anno mundi 4661, à Christo nato 699. Hic Arabas, opera fratrīs, repressit. Philippicum nobilitatis præcipuæ Chersonā relegauit, quod aquila caput obumbrasse videbatur Philippico dormienti. Cæterūm se-  
ptimo post anno, reuerso tandem Iustiniano, qui pulsus fuerat, ab eōq; captus, vñā cum Leontio interimitur: calcato prius eo-  
rum collo, à Iustiniano in solio sedente, vniuersaque plebe cla-  
mantē: *Super aspidem & basiliscum ambulasti, & leonem, draconemque conculeasti.* id etiā fecit Papa Friderico primo, vt infra dice-  
tur. Vide Ab. Vrsper. Egna. lib. 2. Diac. lib. 8.

**P H I L I P P I C V S**, cognomento Bardanes, quem acriter insectatus fuerat Iustinianus, quémque relegarat Absimarus, vita & imperio Iustinianum, secundò imperantem priuat, prius à se vietum: ab exercitu etiā Iustiniani Imperator dicitur, anno mundi 4674. à Christo nato 712. Hic sextæ synodi decreta, altera synodo infirmare cōtendit, gratificaturus monacho, qui imperaturū illum prædixerat, id prædictionis præmium peten-  
ti. Huic cum sermonis multū, sapientiæ parum inesset, opésque imperij iampridem congestas dissiparet, passus etiam Bulgaros Thraciā deprædari, post annos ferè duos, ab Anastasio in ordinem redigitur, oculisq; pridie Pentecostes priuatur, & sequenti die Arthemius Imperator designatur. Vide Pau. Diaco. lib. 8. Egna. lib. 2.



**C H I L D E B E R T V S** huius nominis secundus Francorum Rēx 17. fratri Clodoueo tertio succedit anno mundi 4659. à Christo nato 697. De huius gestis, quasi nil commendatione vel memoria dignum gessisset, nil scriptum reperi. Pipinus re-  
gnūm administrans, D. Lambertum Traiectētium Episcopum, ab Ebroino, virtutum hoste, sede pulsum, in pristinum locum restituit: qui cūm non dubitat Pipinum adulterij arguere, à Dodone pellicis fratre interficitur. percussor & conscij intra annum pereunt. Obiit Pipinus crassus 27. Magisteri anno, cum iam instituisset Austrasianorum ducem Carolum, à viribus Martiis cognomento Martellum, ex Alpaide concubina natum: quem Plectrudis Pipini vidua in carcerem coniicit, spe-  
rans cūm Theobaldo nepote summa rerum potiri. Anni re-  
gni huius Childeberti numerantur 18. Sepultus est apud D. Stephanum in oppido Canciaco. Vide Guag. lib. 3.

**D A G O B E R T V S**, huius nominis secundus, qui & Clo-  
doueus à Sigiberto dicitur, succedit patri Childeberto anno  
mundi 4677. à Christo nato 715 In Francia tunc maxima fuit  
rerum perturbatio, quo usque genus hoc regum extingue-  
retur, & regni administratio ad Martelli familiam deuolueretur.  
Theobaldus Magister equitum Dagoberti, & Ramanfredus:  
Magister equitum Chilperici præliantur: acerrimè ad syluam  
Cociam. Theobaldus multis suorum millibus prostratis effu-  
git. Interea obiit Dagobertus anno regni sui quarto: quo mor-  
tuο, à victoribus Rex salutatur Chilpericus, quem Austrasianū  
dicebant Danielem vocatum monachum, in cœnobio adole-  
centiam egisse. Pau. Ämy. lib. 1.



A R T E M I V S , qui & Anastasius secundus, ab exercitu Imperator creatus, in Philippicum , vti dictum est, insurrexit , regno oculisque eum priuauit, nec tamen occidit. Hic imperium adeptus est anno mundi 4676. à Christo nato 714. Cùm optimè quæ ad pietatem attinent instituisset, classem ingentē aduersus Arabes in Alexandriam misit. Verūm classiarij quidam contumacius agentes, qui illum oderant, domū reuerteri, Theodosium ignobilem alioqui virum Imperatorem creant: captāque Constantinopoli, monasterio Anastasiū includunt, annostres Imperantem. Vide Pau. Diac.lib.8. Egnā.lib.2. Ab. Vrsp.

T H E O D O S I V S Atramitenus coactus à militibus sumpsit imperium, anno mundi 4679. à Christo nato 717. Hic ad Niceam graui prælio Artemium vicit: obscurō licet loco natus, non pœnitēdum Imperatōrē egisset, si diutius illi per Leonem & Cononem, Oriētis præfectoros, imperare licuisset. Verūm cùm Leonem exercitus Imperatorem dixisset, pertaſus belli ciuilis Theodosius cessit imperio, monasticam vitam amplexatus. Vide Diac.lib.8. Egnā.lib.2. Ab. Vrsp. hic annum imperat.


L E O Isaurus sceleratus, imperat post Theodosiū. huius tem poribus Saraceni trienali obsidione terra marīq; Constantiopolim obſident: verūm peste famēque cōfecti, à Bulgaris etiam ſæpe vici, claſſe magna ex parte igne ſub aquis ardēte cōſumpta, numinis iram ſensere: nec minori interim clade in vrbe ſænirum, trecenta & amplius ciuium millia peste famēque conſumpta ſunt. Hic, in gratiā duorum Iudæorum, imagines ſanctorum deiecit atque incendit. imperavit annis 24. Vide Diac. lib.8. Egnā.lib.2. 11



C L O T A R I V S , huius nominis quartus, Francorum Rex 19. extitit. Nam cum Carolus Martellus è custodia nouercæ Pleſtrudis elapsus eſſet, Chilpericū Danielē, Regem à morte Dagoberti statim creatum, perſequitur, & magna tādem clade caſtigat ad Vinciācum Samarobrinēſium: iterūmque eundem cum Eudone Aquitanæ duce, quem in auxilium aduocarat Chilpericus, fugat: & Ramanfredum Andegaui adsequitur. Tunc Martellus Regem ſalutat Clotarium quendam (nonnulli ſcribunt fuſſe Dagoberti ſecundi fratrem, alijs autem auunculum aut patruum) qui annos duos regnat: ſepultus Cäciaci cum Childeberto & Dagoberto.

C H I L P E R I C U S huius nominis ſecundus, Francorum Rex viceſimus, qui antea & Daniel vocatus & monachus fuſſe dicitur, ſiue vera Clodouei magni ſoboles, ſiue falsa, mortuo Clotario, ex Vasconia à Martello reuocatur: quē reddidit Eudo cum parte gazzæ. Ut venit Chilpericus, Regem ſibi facit eum Martellus anno mundi 4683. à Christo nato 721. regnat Chilpericus hic, qui & Daniel annos quinque, deinde moritur, & ſepelitur Nouioduni. Vide Chro. Regum Fancorum.

H h h 4






C A R O L V S Martellus, gloriæ suæ augendæ, opibúsque Francorum tutandis incumbens, Saxones, arma parates finitimosque solicitantes, antequā maius exoriretur bellum, ad officium redire cogit, Bauaros debellat. Alemanis vi armorū perterritis recipit, reducītq; Pleſtrudem vnā cum Sonichilde eius nepte, quæ profugerat illuc, sibi à Martello metuentes. Interea Eudo Aquitanæ Dux multa hostilia in Frácos ausus est. Celestius omniū opinione reuersus Martellus, primū omniū conuentū vniuersæ Fraciæ habuit: ab eoq; iam non Magister equitum, sed altiore fastigio princeps Francorum salutatus est, anno mundi 4686. à Christo nato 724. Tum noua nominis nobilitate inclytus, Aquitanicum bellum suscipit, aduersus Eudonem qui Saracenos ex Africa exciuerat: quo in bello ad 37000. barbarorum cecidere: ex Frácis 1500. tátum. exteri rerū scriptores de nobis hoc literis prodiderūt, cum magna læticia significatione quòd gens legis ac religionis tam impiæ, penè occidione occiderit. Obiit Martellus Cariſiaci ad Isaram: conditus in Mausoleo Dionysiaco in ordine Regum. Clotarium quartum vt dixi, Martellus Regem creauit, deinde Danielē Chilpericum vocatum, postea Theodoricum secundum. Vide Æmy. li. 2. Gag. li. 3.

T H E O D O R I C V S secundus, Dagoberti item secundi filius, post Chilpericum qui & Daniel dictus est, apud Francos imperat anno mundi 4688. à Christo nato 726. Huic fuit cognomentum Cala, qui in cœnobio, educatus fuit: imperauit Martelli opera, nec præter nomen, regium quicquam habuit, cum summa rerum, penes vnicum principem Martellum esset: qui, hoc rege, Abdiramam, atque Athinum, Saracenorum Reges, variis præliis strenue debellauit. Obiit Theodoricus hic, anno regni 15. ( eodem anno etiam obiit Martellus. ) atque in se D. Dionysij sepultus est. Vide vt supra.




C H I L D E R I C V S, huius nominis tertius, dictus stupidus, ob ignauia, fratri suo Theodorico secundo supradicto, succedit in regno Franciæ anno mundi 4703. à Christo nato 741. hoc principe, Gripho hæreditate Martelli patris priuatus, Laudunum arcē belli occupauerat, mox fratribus in fidē se permettere cogitur. Carolomanus eius frater Roma rediens, abiectis omnibus fortunis, in cœnobium secessit: deinde in monte Casfinum migrauit, tonsu, habituq; monachi. Childericus anno regni nono, cum regio nomine indignus ac solij de honestamentum videretur, opera Pipini consilioque Zachariæ, Pontificis, regno pellitur: conuentu præterea habito, mira procerum consensione Pipinus ipse salutatur Rex: Childericus fit monachus. Vide Æmy. lib. 2. Chroni. Reg. Franc. Gag. lib. 3. defecit primū in hoc Childerico masculine Regum Francorum progenies.

P I P I N V S Breuis, Francorum Rex dicitur anno mundi 4712. à Christo nato 750: Pipini præsidium contra Aistulfum Longobardorum Regem Papa implorat: cōscripto exercitu Pipinus Italiā intrat: Aistulfum Papiæ obsidet, atque ad deditiōnem cogit. Papæ exarchatum Rauennatem dono dat, monitis etiā Constantini Copronymi Imperatoris neglectis. Vide Blon. lib. i. Dec. 2. Æmy. li. 2. Aistulfus Longobardorum Rex interveniandum obiit. Rex Pipinus Parlamentū in Fracia instituit: Parisiis obiit anno regni 18. relictis filiis Regibus, Carolo Magno & Carolomano: succedit ei in Franciæ regno Carolus Magnus anno mundi 4730. à Christo nato 768. qui imperat Romæ anno mundi 4763. de quo, vt Imperatore, suo loco meminerimus: à Pharamundo ad Pipinum sunt anni 33: à Meroueo 302. à Clodoueo Christiano 252.



CONSTANTINVS huius nominis quintus Leonis Isauri filius, impio patri scelestissima proles succedit, imperatq; Constantinopoli anno mundi 4704. à Christo nato 742. Hic dictus est Copronymus, quod infans dum baptizatur, ventrem purgat. Sanctorum imagines non tantum, sed & reliquias aut contemnit, aut comburit: nobilissimum quenq; è medio tollit. Constantinopolitanos antistites duos: grauiter excruciatos capite plecit. Bulgaricū, variante fortuna, bellum, terra marique gerit. Artabasdum Imperatorem creatum oculorum vsu cum liberis priuat. Grauissimam hyemem, vti Pontus, Bosporusq; Thracius per glaciaruerit expertus, post infinita flagitia exquisitissimo cruciatu, nempe lepra consumptus, obiit anno imperij 35. Consulito Egna. lib.2.

LEO quartus, succedit patri Constantino Copronymo anno mundi 4739. à Christo nato 777. Hic paterni sceleris atque imperij haeres exitit, idque minimè assentiente matre, pia quidem ac proba muliere. Coronam à Mauricio principe Deodicatam, nefario capitii imponet, captus gemmarū & auri splendore, breui poenas luit. In Saracenos, Syriam inhabitates, imperium fecit. Imperauit annos quinque, relinquens ex Irene conjugē, proba, & speciosa, filium Constantinum, qui post patrem imperat. Vide Egna. lib.2.



CONSTANTINVS, huius nominis sextus, succedit patri, Leoni quarto, imperatq; cum matre apud Constantiopolim, anno mundi 4744. à Christo nato 782. Hic & mater eius, persuasi consilio Therasij Patriarchæ Constantinopolitani, septimam synodus in Nicea vrbe 350. Episcoporum celeberrunt, in qua sanctorū imagines templis restituere sunt. Nec multò post tamen, Constantinus iam adiutus, matre haud amplius passus imperare, imperio deiicit, eiusq; amque in ordine redigit. Nicephorum, in quæ suffragia multorū tacitè inclinabant, oculorum & linguae vsu priuat. Et ne quid sceleris decesserit, Maria vxore monasterio obtrusa, quæ filia erat Caroli magni, Theodoram concubinam superinducit: idque etiam matris cōsilio, ut filium in illo omnibus ficeret: unde mox sefū sola potita, filium in potestatem redactum excæcat. Consulito Blondum & Baptistam Egna. lib.2.

IRENE, Attici sanguinis mulier, Leonis quarti vxor, atque huius Constatini mater imperauit cum filio puero admodum, annis nouem: deinde à filio deiicitur. Verum exacto circiter anno deiectionis septimo, iterum, sed sola quatuor annos imperat. Postea à Nicephoro pulsa, in Lesbū insulam relegatur. Hac principe, Carolus Magnus à Leone tertio huius nominis Romano Pōtifice, Imperij Romani corona donatur, virtutis ac pietatis gratia. Vide Egna. lib.2.



NICEPHORVS. Patricius, relegata Irene, Constantopolitanum imperium inuadit anno mundi 4764. à Christo nato 802. Hic foedus cum Carolo magno icit. Nemo maiore opinione hominum ad imperium venit, dum singulos aut muliebris potentiae, aut flagitosi principis tæder: nemo tamen auarius aut crudelius administravit: quorū scelerum mox pœnas meritas luit. A Bulgariis enim paulo ante a se victis, improuiso noctis assultu oppressus, ipse cum toto exercitu ad intermissionem cæditur. Stauracius filius saucius euadit, qui cum patre imperat, & post patrem Imperator ab amicis salutatus, non multò post à Michaële Curopate, qui sororem eius in uxorem duxerat, imperio deturbatur, & monasterio includitur. Vide Blon. lib. 2. Egn. lib. 2. Stauracius in hac Imperatorum serie minime a nobis inscritur, quod paucis diebus post Nicephorum patrem imperitarit.

MICHAEL. Curopates, Raingabe cognomento, imperat, qua dixi via., Constantinopoli anno mundi 4773. à Christo nato 811. hic melior pacis artibus & pietate, quam bellicis rebus, administrandis, ad unam aduersam cum Bulgariis pugnam, ita deiecit animum, ut accepto nuntio de Leonis imperio, qui post eum Constantinopolim imperat, monasterio sese abdiderit: habenás imperij facile relinquentis post annum alterum, imperij. Hic quemadmodum Nicephorus, legatis ad Carolum magnum misis pacem fecit, hac conditione ut Veneti suis legibus ac iure viuerent: immunitate his seruata, quam ad eam dicim retinuerant. Egn. lib. 2.



LEO Armenianus, huius nominis Constantinopolis Imperator quintus, ac post Carolum magnū Romanorum Imperatorē, quartus à Nicephoro, dum in oriente Michaëlis supradicti Imperatoris Duce agit, ad imperium aspirans seditionē in exercitu excitat, factusque est à militibus Imperator ann. mun. 4775. à Christo nato 813. hic ubi regiā ingressus est, Michaëlis filium abscissis genitalibus in exiliū misit, victoriam de Bulgaris retulit, Thraciā recuperauit, quam plurimos hostes cepit, repressit que eorū audaces conatus, qui iam Adrianopoli potiti, in Constantinopolim arma meditabātur. Diuorum imagines quas sustulerat ipse, cum nollet restituere, noctu per infidias dū sacris operatur, in ipso templo ab imaginū cultoribus capite truncatur, ac multis confudit vulnibus, anno imperij octauo: vxor in monasterium truditur, filii in exilium pelluntur. Vide Egn. lib. 2. ac Cosmographiam Munsteri lib. 4. & Blond.

MICHAEL Balbus prauissimis moribus imbutus, qui que Leonē prædictum confederat, imperat Constantinopoli anno mundi 4783. à Christo nato 821. Hic humili ac sordido loco natus, Thomam virum quidem obscurum, qui tyrannidē inuaserat, vario primū rerum euentu aggressus, tandem oppressit: cum prius è desperationis deductus esset, ut ex arce Constantini ad Peram, oppidulum, ferream catenā produxisset. Itaque traditum sibi Thomā, qui Adrianopolim se receperat, manibus pedibūsq; truncavit, multisque cruciatibus affectum, tandem iugulauit. Saraceni hoc principe Cretam occupant, totāmq; ferè in ditionē redigunt, Græcos dupli vincunt prælio. Obiit Michaël vētris profluuo anno imperij nono. Vetus oraculum innotuit, tum rem Romanam ruiturā, cum & Balbus & anarissimus princeps imperaret. Vide ut supra.



C A R O L V S - M A G N V S , Francorum Rex , vicefimus quartus, scito Romani populi, clericque rogatu , Romanorū Imperator dicitur, ob egregia in Christianum nomen, & Romanā sedem merita: inunctusque cum Pipino filio à Papa Leone tertio Augustus consecratur , anno mundi 4762. à Christo nato 800. acclamatumque est ter à populo Romano: *Carolo Augusto à Deo coronato, Magno, & pacifico, vita & victoria.* Hic Pipini filius fuit(eius qui huius nominis primus Francorū Rex primus item Christianissimus vocatus est) filiūmq; Pipinum alterum suscepit ex Hildegrāde. Carolus & Nicephorus diuiserūt imperium: hic Oriētis, ille Occidētis Imperator est dictus: sub regni initia bello defunctus Aquitanico, Longobardorum regnum , capto eorum Rege, Francico nomini subegit. Saxones s̄pē rebellantes, tricēnali tandem bello vicit: & vera pietate imbuit, Saracenos , Hispaniam ferè omnem vastantes , intra Beticę angulum cōpulit. Sclauos, Danos, & Boarios tumultuantes, in ditionem suam rededit. Hunnicum bellum octauo pōst anno feliciter cōfecit. Moritur anno ætatis 71. regni 46. imperij 13. obiit febre, atque Aquisgrani sepultus est: vocatus est Magnus à magnanimitate, sicut & ante eum Pompeius & Alexander hoc nomine, magni , donati sunt. Parisiense gymnasium & Papiense viris vndique doctis accerfitis, instituit: templa diuis erexit: iniurias illatas ciuili animo tulit : in hostes rād̄ acerbē s̄auit. His meritis ad hāc usque tempora à multis vt cœlitum unus colitur. *Æmy. li. 2. Egn. lib. 3. Ab. Vrsper. lib. 4.* Hic synodos quinque pro statu ecclesiastico celebrauit.

H I L D E G R A N D I S Sueuæ nobilitatis princeps, Caroli-Magni vxor secunda fuit, ex qua Carolum, Pipinum, & Ludouicum sustulit,



L U D O V I C V S Pius, patri Carolo Magno succedit, imperatque Romæ & Franciæ anno mundi 4776. à Christo nato 814. à pietate, cognominatus est Pius. Dacicum bellum conficit: nec multò post Bernardū Pipini fratris filium, in Italia res nouas molientē, capite plecit. Coniurarunt in eum filij eius, & optimates, maximē verò prælati , in quos non alia animaduer- sione vius est, quād quod in monasteria eos intrusit. Synodus habuit in qua vanitates vestium, luxūm q; gemmarū , & auri & argēti nimia pompa ecclesiasticis sunt interdicta. A filiis tribus imperio præter spē deturbatur , & in cœnobio truditur , imperiūmque eiurare cogitur, tāquam in Carolum natu minimum propensior esset, sed tumultuāte optimo quoque, eodem anno restituitur. Lotarius filius in Italiam pedē refert: data fide ad patrem redit, reconciliatur: eīq; pater imperij dignitatē, regnique tribuit coronam. Obiit Ludouicus Maguntiæ anno ætatis 64. imperij 26. in Mediomaticibus sepultus est. Vide Gaguin. li. 4. Egna. lib. 3.

I V D I T H Comitis Altorf filia, & Ludouici Pij vxor, suscepit ex eo Carolū Caluum: hanc Ludouicus Pius maritus repudiavit, ac postea recepit: inde concitati prioris vxoris filij, odiū in patrem aluerunt: eūmque in monasterium intruserunt. Vide Chronica Regum Francicorum.



**T H E O P H I L V S** Michaëlis Balbi filius, post patrem imperat Constantinopoli anno mundi 4792. à Christo nato 830. Hic erga subditos iustum ac æquum se præstítit, diuorū autem imagines execratus est, eorūque cultores acriter puniuit, patrem imitatus. Cum Saracenis Asiac prouincias vastantibus, bis congressus, bis vicitus est, castrisque exutus. Amorium, vnde illi genus, ab iis obseßum, ac proditione captum, direptū est. inde ob animi mcerorē ab omni cibo ille abstinēs, solāmque aquam frigidam potans, in dysenteriam incidit, qua periit post annum imperij decimumquintum. Vide vt supra, in huius Imperatoris patre.

**M I C H A E L** Theophili filius, successit patri adhuc infans, & sub tutela matris Theodoræ, quæ pro filio imperiū administravit Constantinopolitanum anno mundi 4807. à Christo nato 845. Michaël autem adolescentiam ubi attigit, regni negotia tractare cœpit, cessitq; ei mater. Hic autem quām patri similior, per ignauiam ac prodigalitatē rem afflixit: irruētibus subinde multis bellis, à cursu equorū in quem omne studium collo carat, auocari non potuit. Circēsibus itaque ludis dum plus nimio indulget, Basiliū Macedonē Barda interfecto consortem imperij ascivit: à quo mox occisus est, cùm imperasset annis tredecim. Vide Blondum lib.2. Deca.2. Baptif. Egnā. lib. Ro. principum 2. & Cosmog. Mun. lib.4.



**L O T A R I V S** post patrem Ludouicum Pium Romæ imperat anno mundi 4802. à Christo nato 840. hic paterna diuisione inter filios minimè contentus, omnia sibi, tanquam natu maximo, & Imperatori à patre declarato, vendicabat. Bellum inter fratres vtrinque atrox & cruentum die paschæ, dum vterque alteri insidias parat, committitur ad Fontoniacum in Altissiodorensibus: tot hominum millia vtrinque cecidere, ut conuulsæ prope fint imperij vires: vicitus tamen est Lotarius à Carolo Caluo: qui cùm bellum iterum repararent, iterum fuit pacem petiere: quadraginta vtrinque dictis arbitris, fœdus inuenit: imperij titulo, Lotorio Italia, cum Prouincia, & Lotaringia, ab se sic dicta, cessit: Ludouico Germania, Carolo Francia, quæ Britannicum Oceanum & Mosam terminos haberet. Huic Carolo Francici nominis primo, separatim contigit quod veræ Franciæ regnum nunc dicitur: nam Carolus Magnus, & qui præcesserant, Germanicum quiddam referebant. Lotarius Ludouicum filium in consortem imperij assumpit: & post aliquot annos imperio se abdicans, monasticam vitam vixit, tædio (vt opinantur) rerum aduersarum. Imperat Lotarius annos 15. Vide Blond. Aemy. lib.3. Egnā. lib.3.

**L V D O V I C V S** Lotarij filius, post patrem Romæ imperat: inter eum, & Carolum Caluum patrum, minimè conueniebat, propter Austrasiam quæ Lotarij fuerat, quam tamen sibi Caluus vendicabat: sed compositis rebus, cum imperasset annos 2, moritur, superstite filio Ludouico. Vide Egnā. lib.3.



B A S I L I V S Macedo, qui Michaëlem occiderat, eiusdem imperium occupauit Constantinopolitanum, anno mundi 4831. à Christo nato 869. Hic in pueritia captiuus inter venales Constantinopolim adductus fuerat: præfuit tamen, & eo rerum successu, vt ad eius nepotes imperij maiestas transferret. Adepto imperio, Michaëlis largitiones ita reuocauit, vt dimidium eorum quæ quisque acceperat, ærario inferret. Treis liberos imperij hæredes instituit: deinde plurima cum Saracenis gessit bella, victoria plerunque potitus; multos Iudeos ac Scythas ad Christum perduxit. Anno imperij 17. à ceruo in venatione cornu iactus, mox perit, vir frugi, & quem principem non contempnas. Vide Liut.li.i.Egna.lib.2.Cosmog.Mun.lib.4.

L E O Basilius filius, huius hominis Imperator sextus, Constantinopoli imperat anno mundi 4848. à Christo nato 886. Bulgaros desciscentes, Turcarum auxilio primò vicit: postea ab his per inanis inducias delusus, magna ipse clade affectus est: inde in Saracenos classe comparata, Nicetæ ductu insignem adeptus est victoriam. Philosophus fuit, literarum omnium, Astrologiæ in primis studiosus, qua etiam filium Constantimum imperaturum prædictixit, ac diuinavit: in rep. moderanda, ac vrbe custodienda follicitum ac solerter se præstítit. Huius prouidentiam ac vigiliam pro Reipub. salute, describit Liuthprádus, qui à Basilio Imperatore ad Nicephorū Phocam, historiam rerum per Europam conscripsit. Hic Leo ut vigilum siue custodiarum vrbis fidem experiretur, noctu solus è regia mutato habitu sese proripuit: à primis custodibus numerata se liberat pecunia, ab aliis verò, pugnis, flagrisque cæsus, in carcere rem truditur: hos postea muneribus donat, illos autem bonis exutos expellit. Vide ut supra.



C A R O L V S Calvus Ludouici Pij filius, Francorum Rex vigesimus sextus, mortuo Ludouico secundo huius nominis, Imperatore, Lotarij filio, Italiam petit: à Ioanne Pontifice huius nominis octauo, corona imperij donatur, anno mundi 4838. à Christo nato 876. Hic anteacum Britonibus & Normanis varia fortuna dimicauerat: nam Normani Danis finitimi, qui à Carolo magno debellati fuerant, ditionem Caroli Calvi infestarunt, & piraticam exercentes, Nannetes usque peruolarunt molestis incursionibus: contra quos Carolus annis ferè decem pugnauit. tandem fortiter apud Andegauum, quod ceperant, obfessi, pecunia se redimunt. Carolus in Saracenos mouens, facile conatus eorum repressit: inde in Galliam reuersus, breui Italianam repetit: aduersus quem dum Ludouici Imperatoris filij bellum parant, ipse curis confectus, & Mantua morbo corruptus, veneno à Sedechia, medico Iudaici sanguinis, dato, moritur anno regni sui Francici tricesimo octauo, imperij verò, secundo. Nec tradunt aurores quo solicitatore, corrupto réque id sceleris perpetrarit Hebraeus ille: neque an sauitum in eum sit, vt domesticis magis insidiis quam externis petitus videatur Calvus: qui impotentiae, superbiæque à suis insimulabatur: & quod contemptis patriis moribus, cultu in externos situs degenerasset: ita dum oculis hominum augustiorem fecit, peccatoribus inuisus fuit. Pául.Æmyl.de rebus Francorum lib.3.Bap.Egna.Rom.prin.lib.3.



L V D O V I C V S Balbus Caroli Calui filius, à Papa Ioanne huius nominis octauo, qui in Galliam se contulerat, coronam imperij accipit anno mundi 4840. à Christo nato 878. Hic Papa præter Italæ multorum principum voluntarem solus titulum imperij Balbo afferuit: nam è custodia fugiens, cui Romani illum incluserant, & in Galliam contendens, ratum Balbo imperium suo assensu fecit: quod tamen valetudinarius princeps biennio vix obtinuit. Hic paruam expeditionem in Cenomanos fecit, ac Gotthofredi Cenomanensium comitis filios præfractos quidem, ac patri, ipsi denique Imperatori minus obsecundantes ad obsequiantiam compulit: interminatus nisi ad officium redirent, ultima passuros. Obiit Compendij, quo dicitur Christus passus est: vxorem reliquit grauidam, quæ Simplicem peperit: cui Odo Roberti Andium Ducis filius, in spem ventris, fuit à patre tutor designatus. Æmy. lib. 3. Egna. lib. 3. Chron. Reg. Franc.

L V D O V I C V S Carolomanusque fratres, Balbi ex pellice filii, Franciæ regnum obtinent anno mundi 4842. à Christo nato 880. Hi duo nothi initio feliciter rem gerunt aduersus Normanos & Danos, qui numeroso exercitu, igni ferróque Galliam per quinquennium vastabant. Carolomanus in equo ludibundus dum refugientem domum puellam insequitur, impetu equi intra humile ostium illatus, corporis compagem soluit, Lugdouicus aprum venabulo premens, intorto aliundè telo transfigitur: hic anno regni quarto, ille quinto: Porro Carolomanus, quod natu maior esset, Rex præ altero censetur. Consulto Æmyl. lib. 3.



L V D O V I C V S nihil, mortuo patre Carolomano coronam regni Franciæ suscipit, anno mundi 4846. à Christo nato 884. hunc non annumerat Paulus Æmylius in serie regū Franciæ, vel quod eundem hunc putet cum Carolo Simplice, Balbi posthumo cuius simplicitas hic, sub nomine Ludouici nihil, interposita sit: (nam etiam hic attentioribus turbata & confusa videtur historia) vel quod huius Ludouici loco (si quidem alter sit ab illo Simplice) ob ignauiam quasi reiekti, censeatur potius Carolus Crassus, qui Romæ tunc imperabat, Franciæ quoque Rex: nam & is Carolus regnum etiam optimè dicitur administrasse, ab Italia euocatus, ut statim dicetur. Fertur Ludouicus hic pulsus fuisse regno, anno quinto: cuius regni annos quinque in Carolum Crassum, ob eam quam diximus causam, transferimus. Gag. li. 5.

C A R O L V S, cognomento grossus, siue crassus, Ludouici Germaniæ regis filius, Romæ imperat post Balbū, anno mundi 4842. à Christo nato 880. hic cùm subsidio opus esset, Italiam contra Saracenos, à Papa Ioanne octauo, necessitate compulso, Germania accersitus, profligatis Saracenis, imperiale corona accipit. Accersitus à Francis aduersus Normanos, Franciæ Rex appellatur. Neustrij publicè detrectabant imperiu: pacem cum eis composuit: idque Neustriæ, quod nunc Normania est, nomine à nouis incolis indito, incolendum eis dedit. Exin qui iuuenis mira indole fuerat, adeo degenerauit ab illa. Carolus Magni stirpe, ut quod rebus suis, publicisque superesse non posset, curatore ei daretur, nouo exemplo fratri filius patruo: is est Arnulphus. Æmy. Egna. lib. 3. imperat annis 10.



O D O , Roberti Andium Ducis filius, alienus à Genere Caroli Magni, tutörque Caroli Simplicis, iussus regnat apud Francos post Carolum Crassum, anno mundi 4852. à Christo nato 890. nec obstitit Arnulphus Crassi curator, & Augustus Imperator salutatus, qui regnū occupare sārāgebat. Is Odo aduersus Normanos p̄eclarē se gessit. Franci biennio postquā Odonem Regem salutarūt, in Aquitania omnino eum regnare iubent, assumpto Rege, ante tempus, Simplice adolescētulo: id æmulatione factū purarim: multi enim pro vno tutores exorti sunt, atque armis in Odonem actum ac decertatum est; aduersus quem Arnulphus Augustus accersitus est: virtute tamen, opibus, fortunāque superior Odo euasit. Odo in Galliam attulit nobile illud signum innumeris sparsum liliis, quod ad Caroli sexti tempora durauit. numerantur anni regni huius nouem. Vide Aemy.lib.3. & Gag. Chro.lib.5. moriens Odo pupillo Simplici regnum restitui iussit.

C A R O L V S Simplex, Balbi filius, post Odonē tunc de-  
mum dicitur regnasse apud Francos, nempe anno mundi 4861.  
à Christo nato 899. huic pupillo coram proceribus regnū iubet  
restitui Odo animam agens. hoc Rege finitum est bellum Nor-  
manicum: Rhollo primus Normanię Dux factus est. Tot rerum  
fluctus in Gallia extitere à Balbo ad Simplicem, vt vix certò  
sciri possit quis potissimum regnarit. Robertus Odonis frater,  
regni æmulus, aduersus Simplicē pugnans occiditur. Herber-  
tus, cuius sororem in vxorem duxerat Robertus, Simplicem  
ad se in speciem rei componendæ accersit, & in carcerem Peronæ  
coniicit: vbi post annos tres moritur, ac Peronæ sepelitur.  
Acmyl.lib.3. regnat annis 27. fuitque iuxta nostram supputationem 32. Francorum Rex.



A R N V L P H V S , Carlomani filius, patruo Carolo erat, cui curator datus fuerat (nempe nouo ac inusitato modo nepos patruo) succedit in imperio Romano anno mundi 4852. à Christo nato 890. eodem nempe anno quo Odo apud Francos regnāt. Hic Normanos strenue superat: mox in rapinas conuersus; iusta numinū ira plebitur: nam pediculari morbo confectus obiit, anno imperij 12. Ultimus hic è Caroli Magni prospera imperat Romæ: in cōque imperij maiestas deficit ad Germanos, quæ per centum annos apud Francos steterat: sub quorum principatu Francorum, adeò floruit, vt vetera tēpora non desideres. imperat annis duodecim. Vide Baptistam Egn. libro Romanorum principum sexto.

L V D O V I C V S à Gallis & Germanis successor Arnulpho patri creatur, anno mundi 4864. à Christo nato 902. imperat annis decem in Germania & Galliis, puta Lotaringiæ. aduersus Berengarium bellum mouit, quem primò vicit: deinde Veronæ vicit, luminibus priuatur. Imperat annis decem. Hic grauiter prostravit Hungaros Germaniam vastantes. Sed ab illis postea vicissim vicitus est, coronam accepisse nusquam legitur. Vide Chron. Imperatorum, & Carionem lib.3.





B E R E N G A R I V S hoc nomine primus, Foroiulij Princeps, ex genere Longobardorum, Arnulpho successor in imperio ab Italiam creatur, eodem anno quo Ludouicus, de quo proxime, à Gallis & Germanis. Itali siquidem assiduis barbarorū incursionibus vexati, ius antiquum, & veterē imperij gloriā amittere nolentes, hunc sibi præfecerūt: fuit ingenio & rebelliga potens. Guidonem Spoletinum Ducem interfecit. imperat annos ferè quinque. Videto Chro. Impe. Scribit Ioannes Carion lib. 3, hunc Berengarium collectis ingentibus copiis aduersus Hungaros quanquam infeliciter pugnasset, attamen ex ea expeditione tantā nominis existimationem consecutū esse, vt postea Cesarem se voluerit nominari. Chronica Phry. referunt hunc Berengarium ad Arnolphi Imperatoris Romani tēpora. Ceterum imperij Romani maiestas in Arnulpho defecit, quæ tanta indole à Carolo magno quæsita fuerat, & ad Germanos translata est. terra certè Itala sub Gallorum principatu adeò floruit, vt vetera Romanorum principum tempora minimè desiderares: sed & anni sexaginta usque ad Othonem primum Saxonū Regem, quibus nullū non calamitatis genus sensit Rom. imperium, ac terra Itala, effecere ut Gallicum nomen desiderabilius foret. Vide Egn. li. 3.

B E R E N G A R I V S secundus priori succedit anno mundi 4868. à Christo nato 906. Hic post tertium aut quartum annum à Rudolpho Burgundo Rege pellitur. Vide ut supra.



A L E X A N D E R Leonis supradicti Imperatoris frater, eidē in imperio Constatinopolitano successit, anno mun. 4866. à Christo nato 904. Hic & Basilio patri, & Leoni fratri dissimilis, luxu & delitiis perditus, annum & mēsem imperauit: turpis simum quæque rebus præfecit: erumpēte tandem è naribus & pudendis toto die sanguine, ob crapulam ac ludum pilæ intempestiuū, obiit. Vide ut supra, ybi de patre ac fratre huius memini.

C O N S T A N T I N U S Leonis supradicti filius, septen-nis à patre sub matris tutela relictus est, imperauit Constatinopoli post patrum Alexandrum prædictum anno mundi 4867. à Christo nato 905. Huic Romanus quidā Lecapenus insidias tetendit, vt quæ eū omnino imperio deturbaret, nullū non lapidē mouit: frustratus tamen spe sua, à propriis filiis captus, ac in monasterium trusus est, qui antea marrē Constantini Zoen, in monasterium truserat. Cum autē hi Romani Lecapeni filij idē Constantino facere tentarēt, capti ipsimet, & tonsi in monasteriū detrusi sunt. Constantinus itaque qui à Romano vitrico multis annis oppressus fuerat, monarchiam sic recuperat, solusque prudenter satis administrat, tyrannis quibusdam oppressis, Turcarūmq; principibus aliquot, Christianam amplectentibus pietatem. Hic literas penè extintas ab interitu vindicauit. Librum filio Romano, qui alter est à Romano Lecapeno, reliquit: in quo totius imperij summam, sociorum foedera, hostium vires rationes, & consilia aperuit, quem Veneti in bibliotheca ut thesaurum adseruant: nam & multa de Venetorum rebus differit liber ille. Vide ut supra. Imperauit Constatinhus hic, tam solus, quanquam cum Romano Lecapeno annos 55.




**CVN R A D V S** Ludouici, Arnilphi filij, ex fratre nepos, utimis ex nobilissima posteritate Caroli Magni, Germaniaë Rex, Cæsar designatur anno mundi 4873. à Christo nato 911. nec tamen à Pontifice coronatur. **Hic** Hungaros, quos instigarat Berengarius (qui Imperatoris sibi nomen in Italia usurpabat) ut iterum Germaniam depopularentur, superauit, Othonis Saxonu ducis præfidiō: cuius filius Henricus à Cunrado mortuus Imperator declaratur. **Consulito Chron.**

**H E N R I C V S** Saxonum Dux, supradicti Othonis filius, in Germanorum imperio succedit, defuncto Cunrado anno mundi 4881. à Christo nato 919. tūc imperium à Caroli magni posteris ad Saxones translatum est. **Hic** Hungaros vicit, Slavos subegit, Dalmatas tributarios fecit. Boemos imperij legibus subiecit, quadraginta milia Hungarorum apud Meresburgum prostravit. Brādeburgum cepit. Vandalo subegit ad mare usque (hi Christiana religionem tunc amplexi sunt) toti Germanię summam tranquillitatē peperit: hic cognomēto auceps, iam morti proximus successorem imperij instituit Othonem filium suum, cū ipse imperasset annos octodecim. **Vide Liuthp.** lib. 2. ca. 9. **Vuitich.** lib. 1.



**B E R E N G A R I V S** tertius, in Italiam accersitus anno mundi 4871. à Christo nato 910. vna cum filio Adalberto Italiæ regnum administravit. Sed cū tyrannū verius quam principem ageret, accersitur à Romanis Otho, cuius tunc nomē ac pietas celebris erat, qui Berengarium cum filio Italia expulit. **Vide Bapt. Egna.** lib. 3. & **Carionem** lib. item tertio.

**O T H O** Henrici supradicti Saxonum Duci filius, in Italiam accersitus, cum quinquaginta millibus armatorum venit. Berengarium, eiūque filium ad obsequium retrahit: quos, data venia, magna Galliae Cisalpinæ parte donat. Romanī inde profectus, à populo Imperator & Augustus salutatur, à Pontifice coronatur anno mundi 4923. à Christo nato 961. iamque annos 25. Rex Germaniaë extiterat, succedens Henrico patri. **Hic** Otho conscripto excercitu Franciam intrauit, cuius Regem Ludouicum à Normanis proditum, & in carcerem conieatum, libertati regnōque restituit. Berengarium cum filio res nouas iterum molientes, facile vicit: captosque alterum Bizantij, alterum in Austriam relegavit. Huic, cum administrasset annos 36. sucessit eiusdem nominis filius, quem etiam pater Roman vocatum, Imperatorem designarat. **Vide Egn. lib. 3. Aemy. lib. 3. Vuit. lib. 2. Liuthpr. lib. 6. ca. 6.**





**R O M A N V S.** Lecapenus obscurō genere natus, insidias Constantino parauit, imperitque Constantinopolitani socius ac particeps ab eodem necessariō adscitus est eodem quo regnare coepit Constantinus anno, vti supra videre est. Helenāmque Constantini filiam, pulsā matre Zoë vxorem habuit. Nec tamen iusurandum sanctissimum quod præstiterat Lecapenus nec gener Constantinus obstatit, quo minus imperium & sibi & Christophoro filio idem Lecapenus assereret. Cum autem aduersus Bulgaros, Simeonēmque eorum ducem, infelicitē congressus esset, à Stephano & Constantino, filiis suis captus, imperio exiuit, & in vicinam insulam in monasterium ad Philosophandū relegatur. At cum iidem ipsi aduersus Constantum Leonis filium idem molirentur, in laqueum quem tenebant incident, nam & ipsimēt Lecapeni inquam filij, monachetio mancipantur. Imperauit Romanus Lecapenus annos 39. Vide Liuthprandū lib. 5. ca. 9. 10. & 11. Egna. lib. 2. Cosmog. Munst. lib. 4..

**R O M A N V S.** Constantini, Leonis filij, filius iunior, post patrem imperium suscepit Constantinopolitanum, quod tamen alieno rexit arbitrio, nempe Nicephori Phocæ, de quo statim meminerimus, vbi & annorum suppurationem inferam, non hīc ne bis id faciam. Fuit Romanus hic fōris aduersus Saracenos Cretam occupantes, & Turcas Afiam vastantes, Nicephori du&tu felix: domi in matrem ac sorores impius, vt regia ejectæ, ob mōrem quōd regio essent exuræ vestitu, quæstum fecerint meretricium: ipse ludis ac crapula deditus, anno imperij decimo, veneno potionatur. Vide ut supra..



**R O D V L P H V S** post Carolū Simplicem Franciæ trifigesimus tertius Rex imperat, anno mundi 4888. à Christo nato 926. Nam dum anceps fertur Carolus Simplex in potestatem Herberti Veromandui, Peronam profectus, præsidio custodiibusque circumfusis, adducitur, & velut cogitur ut regni iure cedere se in procerum concilio profiteatur, illudque dono dare huic Rodulpho Burgundiæ Regi, Richardi filio, post Ludouicum in Italia captum, luminib[us]que orbatum. Hic imperij veluti vagi ac in medio positi spem affectans, in Italiam transcedit, Berengarioque viōto, rerum illarum magna ex parte triennium potitur. At verò mortuo in custodia Simplice, cū Italos iam eius pœniteret, in Galliam redit. Continuo Hugo Arelatensium Rex, in Italiam tanquam vacuam possessionem, spe imperij se contulit: quōd Provinciæ Regibus Italianam deberi diceret, Gallis, Germanisque ac Italies de imperio decertantibus. Regnat in Francia Rudolphus Burgundio, annos duos: alij dicunt 12. Ad fanum D. Columbae apud Senonas sepultus est. Vide Chro. Reg. Franc.

**L V D O V I C V S**, huius nominis quartus, Simplicis filius, ex Anglia, quo se ad auunculum Regem cum Ogenia seu Ognia matre post comprehensum ab Herberto patrem, cōtulerat, reuocatur: inde huic Transmarino cognomen est: regnātque apud Francos anno mundi 4890. à Christo nato 928. De regno fuit inter ipsum & Rodulphum controversia: Rodulphus moritur anno regni huius nono. Rex aduersus Othonem Caesarēm, in Lotaringiam bellum mouet: Gerberga Gisleberti vi-dua Othonis soror nubit Regi. Hugo Roberti filius, Regifaces fit negocium: cuius opera quidam aiunt Regem à Normanis captum, & Laudunum in carcerem ductum, vnde eum liberat Otho. Regnat Ludouicus annis 27. Apud Remos sepultus est. Vide ut supra.



**L O T A R I V S**, Ludouici transmarini filius, post patrem apud Francos regnat anno mundi 4917. à Christo nato 955. Hic Imperatorem Othonem huius nominis secundum, bello adortus, penè opprimit: is vicissim ab octobri ad decembrem Regem persecutus, præter tempora, r̄fisque sacras nihil non funditus euertit Lutetiam usque: sed pedem cum suis referre coatus, eruptione ciuium ac præsidij, fortissimos suorum, & nobilissimos amisit. Mox ad colloquium cōgressis Rege & Cæsare, in possessione Lotaringiæ Carolus Regis frater perseverauit, sed angustioribus finibus descripta quam ante fuisset. Mortuo Othone secundo, imperij anno decimo, successit Otho tertius. Tunc Francus repetito Lotaringico bello, Viriduum, eiūsque oppidi Comitem Gothofredum capit: sed supremis suis diebus Cæsari Comitem, Comiti opes restituit. Regnat Lotarius hic annos 31. Obiit, sepultusque est Remis. Vide Æmy. lib. 3. & chro. Reg. Francicorum.

**L V D O V I C V S** huius nominis quintus, supradicti Lotarij filius, mortuo patre, apud Francos regnat anno mun. 4948. à Christo nato 986. ultimus hic ex agnatione Caroli magni regnat: nam cum is annum omnino regnasset, veneno periit, Compendiique sepultus est, cui Capetus subrogatur. Ita tertium stemma in solio locatur, haudquam Francis pœnitendum: nempe Pipini, Martelli, & Capeti. Vide Æmy. lib. 3. huius Capeti agnatio ad hæc usque nostra tempora feliciter perdurat. Cæterum à Faramundo ad usque Hugonem Capetum anni sunt 568, à Clodoueo Christiano 487. à Pipino 237. Vide ut supra.



**N I C E P H O R V S** Phocas Constantinopoli imperat anno mundi 4922. à Christo nato 960. Cum Saracenis sèpe ac feliciter congressus est, qui Calabriam, Siciliam, Candiam, Ciliā & Cyprum occuparunt: in Sicilia res haud ita bene per ducēs acta est: ipse Ciliciam, & bonam Asiac partem latis recepit auspiciis: mox Antiochiam noctu aggressus, pulsis Saracenis imperio eam adiecit. Inuisus omnibus fuit, quod bellorum prætextu nouis tributis & exactiōibus populum expilaret, numismata adulteraret, ac pondus imminueret: quare odiosus ciibus, facile à Ioanne Zimisce, noctu dormiens in cubili occiditur: intromittente etiam sicarios, Theophania Nicephori uxore, imperat annos decem. Vide Egnat. Ro. prin. lib. 2. & Cosmograp. Mun. de Græcia lib. 4.

**I O A N N E S** Zimisce occiso, vt dixi, Nicephoro, post eū imperat Constantinopoli, an. mun. 4932. à Christo nato 970. Hic clarus antea militari laude, in Roxolanos feliciter mouet, Bulgariamque totam, quam sibi Roxolani vendicabant, imperio subiicit, Sphendoslauo eorum Rege ad ditionem coacto. Basiliū & Constantīnum fratres, Romanis secundi supradicti filios, Cæsares facit, ac imperij confortes creat: Nicephoro detitos è medio tollit: & damnatos exilio ab eodem, reducit. At mox parta de Roxolanis victoria, cum triūphantis specie Constantinopolim ingressus esset, veneno potatur, post annum imperij sextum. Vide ut supra.



O T H O iunior, siue Otho huius nominis secundus, superioris Othonis filius, patri Romanorum Imperatori succedit anno mundi 4935. à Christo nato 973. attamen à patre iam ante sex annos fuerat Imperator creatus: cuius etiam opera Saracenos, Græcosque Calabria expulerat. Hic mortuo patre Henricum Bauariæ Ducem nouis rebus studentem, debellauit: atque aduersus Lotarium Francorum Regem, qui sibi Lotaringiam asserebat, Galliam ingressus, foedis populationibus eam vastauit. At dum reuertitur, in Axonæ fluvij transitu graui incommodo à Frâcis afficitur; quibusdam ex suis militibus voriticibus absorptis, pluribus ab inseguente hoste interfectis. Dum in Italiam festinat ad famam Græcorum principum, qui Saraceno etiam milite instructi Italiam sibi vendicabant, vincitur: ac scapha consensa, à piratis captus, in Siciliam ducitur: liberatus, omnem in Beneventanos iram, quod signa deseruissent, effundit: ciuitatem capit, spoliat, incendit. Tandem fato concessit, cum imperasset solus post patrem annos decem. Consulito Blond.lib.3. Deca.2. Egna.lib.3. Ab. Vrsper.


T H E O P H A N I A vxor huius Othonis secundi filia fuit Nicephori Græcorum Imperatoris, quem regno pulsum, restituit, & confirmavit Otho. Vide Sup. Chro. lib. 12.



B A S I L I V S & Constantini fratres, Romani iunioris filii, post Ioannem Zimiscen Constantinopoli imperant anno mundi 4938. à Christo nato 976. nullique diuturnius imperarunt, nam annos 53. præfuerunt: ille 50. hic treis etiam solus, post fratrem: & ne sine ciuili bello rem transigerent Baldæ Sceleri ambitione effecit, quem imperium inuidentem, victum ad Persas fugarunt: postea Phocam, ægræ ferentem se contemni post rem in Sclerum se duce egregie nauatam, in acie cæsum, ac tyrannidem usurpatem superarunt. Inde Bulgari vici sunt præliis aliquot: horum 15. milibus captis oculos eruit. Basilius, uno tantum incolumi, qui ad Samuelem eoru Ducem præiret: idq; ad compescendam eorum perfidiam, qui Thraciam, Macedoniā & Græciam flammis & ferro vastarāt. Tunc demum Bulgaria tota subditur imperio Constantinopolitano, quæ in illa usque diē semper rebellarat: in ore ob id confectus Samuel, nō ita diu vixit. Oblit autem septuagenario maior Basilius, cui per treis annos successit Constantinus frater, qui cum eodignitatis potius quam potentiae particeps fuerat: hic totus deliciis diffluens, gulae, veneri ac ludis operam dedit. Vide Egna.lib.2. Cosmog. Münst. lib.4.

R O M A N V S Argyropylus Constantini, de quo hic memini, gener, eidem vitrico succedit in imperio, anno mundi 4991. à Christo nato 1029. hic sub initia liberalis fuit: verum cū parum ex sententia illi cessisset in Saracenos expeditio, statim ignauiaz ac pecuniæ corradendæ se totum tradidit. Zoæ vxoris salacissimæ ac sterilis infidiis, & Michaelis Paphlagonis adulteri, dolo intra balneas immersus obiit, anno imperij sexto. Vide vt supra.

Kkk



O T H O tertius, secundi Othonis supradicti filius, post patrem imperar anno mundi 4945. à Christo nato 983. ætate puer erat vixum annum duodecimum egressus, cum more retur pater: quare Henricus Bauariæ Dux, cognatus eius, seruandum eum Romæ curauit, & iterum cœpit imperij dignitatem sibi usurpare. Itali plerique Crescentium declarandū Cæsarem censemebant, vt ad Italos imperij maiestas rediret: sed fideles erga dominū suum Germani, hunc Othonem Cæsarēm creant: hic iam natus annos 28. eo fuit ingenio præditus, vt mirabilia mundi vocaretur. hic Brunonem Saxonem cognatum suum, Gregorium quintum appellatum, Pontificem creat, qui à populo Romano minis & maledictis ex vrbe pellitur. Crescentius Numentanus Consulem se Romanum titulo præfens, vrbis dominium ante cœperat: Romam itaque ingentibus copiis accinctus aduolat Otho. Papa Ioannes 18. quem Romani designarant, cū Crescentio fugit. Crescentius captus interficitur, prius naso & auribus truncis retrorsum asino impositus. Ioannes Papa exoculatur: sedi Grégorius pristinæ restituitur: qui statim sanctionem eam tulit, quæ in hunc usque diem durat, in hæc verba: *Imperatorum nullus hereditariam dignitatem vendicato. Principes sex, sacri ordinis tres, profani totidem eum deligunt: hi si discordes fuerint, Bohemia Regem coaptanto.* Egna. lib. 3. Blon. lib. 3. decade 2. Imperauit hic Otho tertius, annos 19. vixit 30. missisque per insidias à Crescentij vxore veneno, necatus est, ac Augustæ sepultus.

M A R I A, Regis Arragonum filia, vxor fuit huius Othonis tertij, intemperans quidem mulier, vt autorū scripta testantur.



H V G O Capetus Parisiorum Comes, mortuo sine liberis Ludouico huius nominis quinto Francorum Rege, Lorraine Ducem ac Lotarij Regis fratrem, Franciæ regno inhiantem, repressit, atque ex infidiis cepit: deinde vi & militum fauore, Hugo primum Nouioduni Rex salutatur, mox Remis consecratur, anno mundi 4949. à Christo nato 987. Hic cùm annum solus regnasset, Robertum filium, liberalioribus literis institutum, Aureliani coronandum curauit. Nam ipse Hugo neque diadema, neque regiis insignibus unquam, sed tantum vi & armis usus est. Regnat, tam solus quam cum filio Roberto, annis nouem. Vide Æmy. lib. 3. Chron. Reg. Franc. Sabaudæ dominus apud Allobrogas, hoc Rege in Comitatum primum erigitur. Gag. lib. 3.

R O B E R T V S, Hugonis Capeti filius, succedit patri, & solus apud Francos regnat anno mundi 4958. à Christo nato 996. Henricus Dux Burgundiæ, quod liberos nullos suscepisset, Ducatum suum Regi testamento legat: quem confessim Rex Hugonis filio eiusdem nominis Roberti, tradit: eumque mittit aduersus Landricum Niuernensem Comitem Burgundionibus acceptissimum. Senonum vrbs ob Comitis Reginaldi scelus, Regis patrimonio adiicitur. Rex cum Ricardo Normaniæ Duce Valentianas proficiscitur, opem latus Balduino Flandriæ Comiti, quas is contra Henricum Imperatorem occupauerat. Aduentu Francorum Cesar soluere obfidionem cogitur: sequitur exinde incredibilis famæ & pestis. Pace terris, veniâque à numine redditâ, Henricus Cæsar, Robertusq; Rex, ad Charum fluum conueniunt, ac pacem firmant. Regnat annis 34. Vide Æmy. lib. 3.




H E N R I C V S . huius nominis secundus , Baularus , dictus Claudus Othonis primi vel filius , vel ex filio nepos ( nā id ambigitur ) designatus est Imperator Romanus , anno à mundo condito 4964. à Christo nato 1002. Romæ post aliquot annos coronatur. Princípio Bohemos & Vandalo bello fatigatos tributarios ac subditos fecit: Metas & Gandaū ob sedidit: Lotaringiam ac Flandriā debellavit: post hæc accepta Romæ imperiali corona , in Capuam mouit: Saracenos ex Italia expulit. Constantinopolitani Imperatoris Ducem Bubaganum , Saracenis fauentem , bello insecuritus est acerrimo. Troiam in Apulia finibus , vbi olim Annibalis castra fuere , à Græcis ædificatam ob sedidit , & per deditonem accepit. Hic Episcopatus Bambergensis fundator , Bambergæ sepultus est. Hungaros debellatos ad fidem Christianam per traxit , data sorore Hungarorum Regi in matrimonium. Cunadum Francum , hoc nomine secundum , Cæsarem creauit , addito legitimo Electorum suffragio. Hunc cum vxore Cunegunda virginitatem perpetuam obseruasse sunt qui scribant , ac post mortem miraculis claruisse. Primus Electorum principum suffragiis Cæsar , iuxta Gregorij formulam designatur: imperatque annis 22. Vide Blon. lib. 3. deca. 2. Egna. lib. 3.

C V N E G V N D A Henrici secundi supradicti Imperatoris vxor fuit: quanm castissimam fuisse , quinimo virginitatem perpetuam vñā cum viro obseruasse , memoriae proditum est. Vide autores quos supra.



C O N R A D V S Francus , huius nominis secundus , succedit Henrico proximè supradicto , Imperatorque designatus est , anno mundi 4986. à Christo nato 1024. Hic sub initium imperij , cum videret turbari passim omnia , effecit ut in consortium imperij filius suus eligeretur: Catulos Sueuos , cum Ernesto Sueviæ Duce , compescuit : ad domandos Hungaros , Hungariam cum exercitu intravit : res composuit. Burgundi ad eum defecerunt : vnde Burgundia diuisa , altera quæ Campaniam attingit Francis , altera quæ Bisantinos spectat , Imperatori fuit subiecta. Lugdunum , & regnum Arelatense cepit , & subiectum suo imperio administrauit. Mediolanum ob sedidit , cùmque exitium vrbi minaretur , dereritus oraculo recessit. Inde Romam veniens , à Pontifice coronam accepit: insurgunt Romani , quos reprimit. Ernestus Sueviæ Dux , nouos iterum motus concitans , à Conrado , in regressu , fugatur , & confoditur: Ducatum donat Hermanno , Ernesti fratri. Imperauit Conradus annos quindecim : dicitur fuisse Othonis ex filia nepos , eius inquam qui Henrico Imperatori successit. Gag. lib. 5. sub finem. Æmyl. lib. 3. Hic magnis sumptibus extruxit Basilicam Spirensem , in qua cum vxore sua Gisela , seu Gisla sepultus est. Vide Carionis Chron. lib. 3.

G I S L A , siue Gisela , Regina fuit Burgundica , ex posteritate Caroli , de qua magna laudes feruntur , maritum primò hæc habuit Ernestum Sueviæ Duxem , ex quo duos suscepit filios , Ernestum , qui pulsus est , & Hermannum : postea in matrimonium accepit Conradum. Vide autores quos supra.



HENRICVS huius nominis primus, Roberti Francorum Regis filius, succedit patri, regnante apud Francos anno mundi 4992. à Christo nato 1030. Contendit Henricus hic (minor natu, vt aiunt, sed à patre haeres nuncupatus) cum Roberto fratre, cuius partes Odo Campania, & Balduinus Flandria Comites sequuntur: Henrici vero partes Robertus Normania Dux sequitur: priores ab Henrico vincuntur: frater Robertus Ducatu Burgundiæ cōtentatur. Rodulphus Translurensis Burgundiæ Rex, regnum Imperatori Conrado dat: Odo Campanus suum iure censet, armisque inuidit: tunc in Comitatum qui ad imperij ditionem, & in Ducatum, qui ad regiam pertinenteret ditionem, diuiditur Burgundia. Henricus Philippum filium Regem creandum, coronandumque Remis curat: moriens Balduinum Flandriæ Comitem filii suis tutorem dat. Vide Aem. lib. 3. Gag. lib. 5. Regnat Henricus annos triginta, & sepelitur in æde Diui Dionysij ad Parisios.

PHILIPPVS Henrici supradicti filius adulescens, succedit patri in regno Franciæ anno mundi 5022. à Christo nato 1060. Balduinus Regis tutor, simulat in Saracenos bellum, quo audaces nobilium animos reprimat. Hoc Rege è Galliis duæ illustres prodiere familiæ, quæ apud exterros duo potentissima regna erexerunt. Gulielmus nothus, Normanorum Dux, Angliam Rege cæso occupat: Gothofredus Bulionius terram sanctam, & Ierusalem postea obtinet 39. obsidionis die, anno mundi 5060. à Christo nato 1098. Obiit Philippus Meleduni, anno regni sui 49. Ad ædem Benedicti prope Ligerim sepelitur. Vide Gaguin. lib. 6.



MELLUSINA, quæ olim apud Mellam & Lusignanum dominabatur (vnde fortè Mellusinæ nomen accepit) Comitis cuiusdam Pictauiensis soror, aut (vt alij volunt) filia fuit: hæc Raimondo, Comitis cuiusdam filio, seu nepoti, nupst, ex quo Gotfridum Magni dentis suscepit, atque alios fortissimos milites: idque circiter atrum à mundo condito 5040. à Christo nato 1078. regnante apud Francos Philippo huius nominis primo, Roberti, Capeti filij, aut (vt alij censem) Henrici, Roberti filij, filio: non autem regnante Philippo illo secundo, qui Ludouici filius, fuit: vt male quidem, Aquitanæ Annales ferunt. Quod autem fingitur fuisse Mellusina semiserpens, id fortasse non absurdū fuerit sortilegio tribuere, cuius peritissima esset, sicuti etiam tunc temporis ars magica erat vulgatisima: vel quod pro insigni tale etiam monstrum apsa gestaret. Vide Annales Aquitanæ.

V. me. p. v. i. zanne

GOTFRIDVS Magni dentis, Mellusinæ supradictæ filius, vnâ cum fratre, Gotfridum Bolionum, siue Bilionensem, in expeditione Ierosolimitana secutus est, vbi strenuum se militem præstitit. Ab hoc Gotfrido Magni dentis originem traxere Cypri insulæ Reges complures, cognominis Lusignani. Videto Annalium Aquitanæ, partem tertiam: nam in partes quatuor digestus est liber 15.

Kkk 4





MICHAEL Paphlago, Zoës adulter, quique eius virum Romanū Argyropylum intra balneas immerserat, ab eadem Imperatrice Zoë Imperator instituitur Constantinopoli, anno mundi 4996. à Christo nato 1034. Fuit hic mancipium barbarum, nulla re nisi forma commendatum, mente etiam commotum, labensque ad singula momenta, spuma insuper oris fœda. Quis non effrenem in quinquagenaria muliere Zoë libidinē, amorēmque fœdissimum execretur, aut fortunæ aleam in hoc principe non admiretur? asciuit primum illa omnem sibi potestatem, Michaële velut ministro vfa, sed non diu durauit hæc obseruantia: nam Michaël imperij habenas retinuit, nec male rexit. Tricenales inducias cum Ægyptio Rege percussit: Edefsam obsidione liberavit: domi in suos facilis, vni Zoë, propter expertam libidinem, parum æquus fuit. Intercutis morbo labrans, Michaële Calaphaten hæredē imperij dixit. imperauit annos ferè septem. Vide Egna. lib. 2. Cosmo. Mun. lib. 4.

MICHAEL Calaphates à Zoë adoptatus, eius pedibus aduolutus iurat se titulo tenuis imperaturum, potestatem penes eam mansuram; his blandiciis ad imperium euchitur Constantinopolitanum, anno mundi 5004. à Christo nato 1042. paulò post in Zoën machinatur, fingens ab ea sibi structas vitæ infidias, ac venenum possum, à quibus innocens erat: relegat itaq; eam in insulam, detondet, ac monacham facit: interim genio ipse indulget. Id inique ferens plebs, Theodorā Zoës sororē, Imperatricem creant: Zoën reuocant: Michaële fugientē, capiunt, exoculant, vñā cum fratre: quæ familiaris Græcis pena est. Sic præter fides parentū, qui naues apud Paphlagonas pice oblinierent, vnde Calaphates etiam dictus, auarè, perfidè, ac crudeliter imperat Michaël hic, menses quatuor. Vide ut supra.



HENRICVS, huius nominis tertius, dictus Niger, post Conradum 2. Romæ imperat anno mundi 5001. à Christo nato 1039. Hic Conradi Franci filius siue gener, primum Bohemos bello inuasit, sed ab his Hungarorum præsidio adiutis, vincitur: sequente anno adeò illos bello fatigat, vt Regem eorum tributarium fecerit. Lotaringiæ Ducem parere imperio compulit: apud Capuam Saracenos vicit. Cæterum pertæsus eorum quæ Romæ circa Pontifices per summū scelus ageretur, Romā contendens, abdicatis adulterinis Pontificibus aliquot, Clementem secundum Pontificiæ sedi præfecit: & ut caueret in posterum Pontificum securitati, iure iurando Romanos adegit, neminem creationi eorum interfuturum sine eius permisso. Petrum Regem ab Hungaris electum, regno restituit: Capuam aduersus Saracenos nouo præsidio firmauit. Henricum filium annos quinque natum, Cæsarem eligi, & Aquisgrani coronari curauit: qui sub matris Agnetis tutela aliquandiu fuit. Imperat Henricus Niger ann. 17. Egna. lib. 3.

AGNES Gulielmi Aquitaniæ principis filia, nata in Pictorum Comitatu in Gallia, vxor fuit huius Henrici tertij, quæ suscepit ex eo Henricum quartum huius nominis Imperatorem: hæc non sine laude imperio præfuit annos quinque, dum adolesceret filius: sed Colonensis Episcopus Otho, clam abducto puero, imperio eam deturbat. Vide Chron.

K k 5





ZOË, ab exilio & monasterio assentiente vniuersa plebe (vti dictum à me est) reuocata, & Michaële Calaphate exoculato, imperij faces suscipit Constantinopolitani, vñā cum so-rore Theodora, anno mundi eodem quo Michaël Calaphates quatuor menses imperauit: itaque flagitia Imperatorum effe-cere vt muliebre æquius videretur imperium. At verò, cùm sit varium, ac mutabile semper Fæmina, vt inquit poëta, Zoë sexage-naria, ardens tamen adhuc libidine, Constantinum Mono-machum ab exilio reuocat, sibi que eum maritiū adiungit: curat, que vt sceptrū imperij illi tradatur, cùm sceminarum vix treis menses durasset imperiū. Vide Egna.lib.2.Cosmog.Munst.lib.4.

CONSTANTINVS Monomachus, imperatorij qui-dem & ipse stemmatis, quem sibi in virum asciuit Zoë, Con-stantinopoli imperat anno mundi 5005. à Christo nato 1043. Hic ignavius, & luxu totis diffluens, concubinam, egregia alioqui forma, iustæ vxoris loco habuit, quam efflictum deperiit. Susti-nuit tamen duo grauissima bella ciuilia, alterum à Maniace Georgio, alterum à Leone Tornicio, illata: & multa externa. Turcarum arma tunc primū per Asiam latius sunt euagata: vi-gi tamen Roxolani, & Patzinacæ, Scythicum genus hominum. Zoë vxore septuagenaria fato mox functa, & ipse tandem podagricus, & pleuritide correptus obiit, anno imperij ferè 13. Vide vt supra.



THEODORA Zoës soror, quæ iam etiam cum ea mien-ses circiter treis imperium tenerat Constantinopolitanū (vti in Zoë dixi) nunc denuo, sed sola, post Constantinum Mono-machum imperat, anno mundi 5017. à Christo nato 1055. Nec verò est quòd pudeat hanc in ordine ac serie Imperatorum inserere, cùm non muliebriter se gesserit: quinimo tanta domi, forisque hac imperante quies & ocium fuit, tanta rerum om-nium ybertas, vt sceminei imperij neminem pœniteret. Verùm ingrauescente cum ætate morbo, illecebris Eunuchorum ad-ducta, Michaëlem iam senem imperij ac curæ participem fe-cit: nec ita diu superuixit: annos propè duos imperauit. Vide Egna.lib.2.Rom.prin.& Cosmo. Munst. vbi de Gracia tractat, libro quarto.

MICHAEL senior, post Theodoram supradictam, qua dixi via, Constantinopoli imperat, anno mundi 5019. à Christi natuuitate 1057. Fuit quidem hic Michaël genere & opibus clarus: cætera minus ad imperij fasces ac administrationem suscipiendam, aut exequendam, idoneus, vel propter ætatem decrepitam & prægrauantem. Quare cùm vix etiam annum im-peritasset, Isaacij Comneni factio eum imperio deturbauit, & in ordinem rededit: priuatus itaque factus, paulò post fatis ac naturæ concessit. Videto vt supra.





H E N R I C V S quartus (tertium facit Egnatius) Henrici Nigri filius, Romanus Imperator patri Romanorum Imperatori succedit anno mundi 5018. à Christo nato 1056. Hic dicitur M. Marcellum & Iulium Cæsarem supergressus, bis & sexages pugnasse. In hoc huius generis Imperatorum virtus defecit: & totius Germaniæ imperium adeò corruere cœpit, vt postea in veterem statum redigi nunquam potuerit. Tragœdiæ huius autor Papa Hildebrandus fuit: qui statuit Pontificatus confirmationem à Cæsare non esse petendam, contra sanctiōnem Henrici Nigri, quam patris constitutionem ratam haberi voluit: quamobrem non tantum à Papa excommunicatur, sed & principibus potentioribus mandat Papa, vt Imperatorem alterum creent: Rudolfus creator, aduersus quem mouet Henricus, & multis præliis tandem vincit. Deinde Romam venit, & vrbe per vim capta, Papam cepit. Obiit Henricus Leodij, carcere detenus à filio, ab Episcopis solicitato, quem etiam Imperatorem delegerat pater: imperat Henricus quartus annos 50. Rodulfo misit Hildebrandus coronam cum hac inscriptione,

*Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulfo.*

H E N R I C V S quintus, Henrici quarti filius, qui patrem bello & carcere est infectatus, post eum imperat anno mundi 5068. à Christo nato 1106. Recusat eum coronare Papa, nisi prius statuat Pontificem & Episcopos sine Cæsar's consensu creandos: Romam & Papam capit, coronam extorquet, & uestituram. Tertiò Italiam intrans Gelasium Papam vrbe pepulit. Obiit nullis relictis liberis anno imperij 20. Vide Chron. Egnat. lib. 3.



I S A A C I V S Comnenus post Michaëlem seniorem imperat Constantinopi, anno mundi 5020. à Christo nato 1058. Hic Michaëlem Seniorem in ordinem rededit: fuit tamen vir alioqui strenuus, pace ac bello clarus, ac infractus, moribusque arroganteribus. Cooperante Patriarcha Imperium sumpfit, in quem tamen postea ingratus, ac velut collati beneficij immemor, ipsum cum suis in exilium misit. Comnenus hic gente nobili ortus, in negotiis obeundis expeditus fuit. Ceterum latetis morbo inter venandum subito corruptus, cum de salute desperat, cucullam induit, atque imperio se abdicat. Constantinus Ducas de Senatus populique consensu ei successor declaratur. Tanta continentia fuisse perhibetur Isaacius, vti nec vxorem cognoscere vellet post prolem semel ex ea suscep tam, cum tamen ad morbi subleuationē medici in primis consuluerent ut coitu vteretur frequentiore. Imperauit annos 4. Vide Egnat. lib. 2.

C O N S T A N T I N V S Ducas Constantinopi imperat post Isaacium, anno mundi 5024. à Christo nato 1062. hunc conspiratio sub initia grauis excepit, quam non sine discrimine compressit: pietatem coluit, æquitatem obseruavit: sed auaricia supra modum operam dedit, hinc suis odiosus, hostibus etiam ludibrio, res imperij vndique vexanribus, fuit. Ad externa mala familiaris Constantinopi clades accessit; nempe grauis terræ motus, quo templa, ædésq; multæ pessum iere. Obiit sexagenarius, anno imperij sexto, Eudociæ vxori & libe ris tribus imperium tradens. Vide ut supra, & Chron. Phry.



E V D O C I A cum filiis imperat Constantinopoli post Constantimum Ducam, anno mundi 5031. à Christo nato 1069. Poterat muliebri fortasse prudentia hęc, si foris cessassent bella, imperiū domi administrare: sed laceſſentibus vndique imperium barbaris, vicit eorum ſententia, qui rebus præficiendū virum appofitum ac idoneum contendebāt. Quare iuriſurandi obliita, quo marito Ducae moriēti, ſeobſtrinxerat, non ſuperinducturam ſe virum, etiam ſi coacta eſſet, Romanū cognomine Diogenem, poſt menses imperij ſeptem, in virum Eudocia affumit, qui rēpubl. prudentia ac fortitudine tueretur: at poenituit statim Eudociam, quōd vir hic insolens rem ad ſe totam trahebat. Vide Egna. lib.2. Cosmog. Mun.lib.4.

R O M A N V S Diogenes Eudociae vir, imperat Constantinopoli, anno mundi 5032. à Christo nato 1070. duas hic ſuſcepit expeditiones vario rerum ſuccēſſu: prior quidē optimē cefſit, poſterior autem pefimē: nam vel fugatis vel cæſis militibus ſuis ipſe Imperator Constantinopolitanus capitur: quod ad eam diem nunquā contigerat. Ferunt tamen Turcam nomine Azan, ad primū huius euentus nuncium, vix credentem conſtitifſe: mox ad ſe adductum Ro. Diogenem, & cognitū, in precio habuifſe: ac amplis donatum muneribus, pace inita, dimiſiſſe. Sed ad primū aduersa clādis nuncium, vt ferē fit, omnia Cōſtantinopoli iam mutata erāt: Eudocia nempe relegata eſt: Romanō abdicatum eſt imperium: Michaēl Imperator creatus, Romanū Diogenē victum, deditūmque, contra iuriſurandū exoculat, ac in insulam deportat, vbi ab vxore Eudocia ſepelitur, poſt annos imperij ferē quoq; Vide ut ſupra.



M I C H A E L Constantini Ducae filius, Parapinaceus à famē, quæ ſub eo inualuit, dictus, imperauit Constantinopoli anno mundi 5036. à Christo nato 1074. poſt Romanum Diogenem vitricum ſuum. Hic ad imperium adminiſtrandum inepitus, ſtudiis tantū literarum intentus, ac ſub Psello præcepore verſus factitans, à Turcis interim vnde cunque premebar, maximē ab Orientalibus regionibus: quare preſecti etiam, velut coaſti, alterum ſibi delegerunt Imperatorem: putā Nicēphorum, ſanē nobilissimum, quem, in principiis ignauī inuidiam, facile ciues admisere: Michaēle prius, cum uxore & filio, in monasteriū detruſo, ac monacho facto. Imperauit Michaēl annos ſex. Vide Egna. lib.2. & Gofmogra. Mun.lib.4.

N I C E P H O R V S Botaniates, à Phoca imperatore originem trahens, tanquam omniū nobiliffimus, facile Michaēlo deturbato, imperium obtinuit Constantinopolitanum, anno mundi 5042. à Christo nato 1080. Hic Constantimum Cōſtantini Ducae filium, imperium ſibi afferere contendentem, cepit: totondit, ac in ſacerdotem inunxit. Paulò poſt Nicēphorus qui Comnenorum fratrum forti, fidelique opera uſus fuerat (nam hi Bryennium & Basilatium imperij inuaſores fuſtlerant) ab illis deiicitur, anno imperij tertio, in cœnobium que cōiicitur, vbi aliquamdiu vixit. Poſt hunc Alexius Comnenus, natu minor, militibus acceptior, imperat: qui die ipſo Paschæ Bizantium clam ingressus, hostilem in modum urbem diripit. Vide ut ſupra.



GOTFRIDVS Bolionius, seu Bilionensis, Lotaringia Dux, Bulionis Ducatum Sperto Eburonum Episcopo magna vi auri vendidit: primusque Dux huius expeditionis in Iudeam aduersus Saracenos extitit: quem illustrissimi ac præstantissimi è Gallia principes comitati sunt, diuenditis vel oppigneratis bonis suis. Habuerat siquidem orationem Pontifex Urbanus secundus, super hac re in cōcilio Claramontano, qua huiusmodi ptimores ad suscipiendā hāc expeditionē extimularat: id ipsum suaserat Petrus heremita, qui apud Iudeam peregrinatus Christianos à Saracenis valde opprimi renunciārat. Itaque tercentrum hominum milibus cruce signatis comitatus Bolionius, Ierusalē ipsam trigesimonono obsidionis die cepit, idibus Iulij, nempe ann. mun. 5060. à Christo nato 1098. Corbana Persa viito; cæsa sunt infideliū centum milia: ipse Gotfridus Rex Ierusalemq[ue] designatus est: attamē auream recusauit corona, quod eō loci, corona spinis contexta capitū Christi imposta fuisset. Contigit id post annos ferè quingentos quam Persæ Ierusalem etiam cœperant, atque ad centum Christianorum milia occiderant: quam urbem exactis decem annis Heraclius receperat, Saraceni quoque post annos 16. expugnarant. At verò dux Bolionius, anno post quam rex creatus fuerat, febre correptus obiit, sepultusq[ue] est ad nobile illud Christi sepulchrū. Regnatū est Ierofolymis à Christianis Regibus septem, spacio annorū 88. Vide Blondum lib. 4. decade 2. & Chro. Chronicorū.

BALDVINVS Gotfrido Bolionio fratri in regno Ierofolimitano succedit die natalitio Christi, anno mundi 5061. à Christo nato 1099. atque post suscepta, ac confecta multa bella, in hostes nominis Christiani, mortuus est anno regni 18. Vide ut supra.



ALEXIVS Comnenus Isaaci Imperatoris filius, Constantinopoli post Nicephorum Botaniatem imperat, anno mūdi 5045. à Christo nato 1083. Hic Roberto Guiscardo cum Venetis occurrens, victus, fugatusque est, præterea memorabilem illam Gallorum in terra sancta recuperanda expeditionē turbare conatus est: sed Bohemundus Apulia Dux, exercitum aduersus eum duxit, ac Dyrachium obsedit. Alexius, eius potentiam reformidans, cum eo fœdus init, comeatique, & aliis rebus adiuturum se Gallos pollicetur. Inde ad pacis artes conuersus orphanotropheion, & Musæum erigit: in altero pueros, puellæque parentibus orbos, alendos, in altero instituendos curat, sumptus ex regio vectigali suppeditat. ad supplicia minimè præceps, moribusque moderatus fuit. Longo tandem pressus morbo, obiit anno ætatis 70 imperij 33. Vide Aemy. li. 5. Egna. lib. 2. Cos. Mun. lib. 4. & Platinam. fuit omnibus qui egregias artes, virtutemque amplexarentur, quos & euexit.

CALOIO ANNES Alexij filius, post patrem imperat anno mūdi 5078. à Christo nato 1116. Variis hic expeditionibus in Asiam vsus, Turcas, Persasque aliquot præliis vicit, vrbesq[ue] illis non paucas ademit. Gallis & Venetis infestus fuit, qui foecia arma iunxerant. Dux tamen Venetus Rhodum, Samum, Lesbū, Andrūmque cepit. Perit Caloioannes manum sauciū, telo à seipso intoxicato, quod in aprum tendebat, anno imperij 25. Hic initio imperij sui dignitatibus suos omnes consanguineos ornauit: Manuelem fratrem natu minorē imperij hæredē dixit, cùm alterū minus aptum sentiret. Vide ut supra.



L V D O V I C V S Crassus mortuo Philippo patre, continuo Aureliani inungitur a Gilberto Senonum Archiepiscopo, causante Remensia sacra expectari, nimis longum: nempe anno a mundo condito 507 a Christo nato 1109. Nobiles & Principes ab Anglo Rege adiuti in Regem seditionem mouent, quem diu multumque vexarunt: tandem tamen superior euadit Rex. Tunc coepit initium belli Anglici, quod sexcentis fœderibus compositum semper renouatur. Gelasius Papa in Galliam venit, opem implorans aduersus Cæsarem. Henricus Cæsar ab Anglo socero impulsus Galliam inuadit: timore perculsus, Regis potentia cognita, domum reuertitur: paulo post in amicitiam cum Rege rediit, re cum Papa composita. Ludo- uicus iunior Remis presente patre, a Papa Innocentio vnguitur in Regem. post sex annos Parisiis obit pater Crassus, anno regni 28.

L V D O V I C V S iunior, proximè supradicti filius, succedit patri in regno Franciæ anno mundi 5099. a Christo nato 1137. Hic D. Bernardi consilio, Conradum Imperatorem secutus, exercitum in Saracenos duxit, atque una cum uxore per Germaniam & Hungariam, Constantinopolim se contulit: deinde Ierosolymam. ipse & Conradus, cladem cum uterque accepisset, Regem Balduinum adeuent. tunc coniunctis viribus Damascum oppugnant, sed dissidio ac dolo obsidionem relinquere coguntur. Redit ad suos Conradus. Galli in Syria multa mala patiuntur: Rex in redditu penè captus, Georgij Siculi Regis Prætoris ope euadit. multæ ingentes pugnæ a nostris in Asia & Ierusalem ante redditum commissæ. Aemyl. lib. 5. Regnat an. 43.



L O T A R I V S, huius nominis secundus, Saxonæ Dux, ab Electoribus Cæsar creatus est anno mundi 5088. a Christo nato 1126. fuit huic cum Conrado tertio de imperio controuersia, qui cum esset nepos ex sorore, Henrici quinti, ut Lotarium anteuerteret, Italiam ingressus, Longobardiam occupauit, ubi & ferrea corona insignitus est. Interea a Lotario obfessæ sunt & captae vrbes Spira, Ulma, & Norimberga: exinde persequitur Conradum in Italianam: at ubi resciuit Conradus vrbes Germanicas amissas, nique sibi præsidij expectandum è Germania, pacis conditiones Diui Bernardi opera, cum Lotario pactus est, atque ultro imperio cessit: post Lotarium tandem etiam imperauit. bis in Italianam profectus est Lotarius, primùm ad compescendos motus contra Innocentium, alio Pontifice electo, Romæ coortos: deinde contra Rogerium, qui Campaniam & Apuliam inuaserat. Imperat Lotarius hic annos vndecim.

C O N R A D V S tertius Lotario succedit, imperatque Romæ anno mundi 5099 a Christo nato 1137. hic mouit in Saracenos, ut iam dictum est in Carolo iuniore. postea in bello cum Catulis gesto, urbem quandam cum cepisset, mulieribus abire permittit cum tanta bonorum sarcina, quantam ferre possent. haec vero relictis rebus, nobiles pueros omnes asportare malunt: quos cum quidam capriuos retinere vellent (bonorum non puerorum asportandorum copiam causati) adeò delectatus est Cæsar nobilium fœminarum virtute, ut eis non solum puerorum, sed & omnium opum copiam fecerit.



M A N V E L , siue Emanuel, Caloioannis, vt quidā putant, filius, vt alij volunt, frater, post eum Constantinopoli imperat, anno mūdi 5103. à Christo nato 1141. Ab hoc Conradus Germanus Ro. Imperator, sollicitatus est vt opem ei ferret, siue aduersus Rogerium, vtriusque inuasorem imperij, siue vt in Turcas Conradus ipse moueret: sed mutatus Manuel, fame laborantibus Conradi militibus, gypsum contusum farinæ immiscet: nec sat illi fuit semel id sceleris perpetrasse: simili fraude Ludouicum Francorum Regem, impius ille, decipit: sic breui magna militum nostrorum vis consumpta est: inde Manuelis nomen Francis odiosum. Rogertus Siciliæ Rex, omnē Græciæ oram vastauit: Byzantium etiam per suos duces adeò opprescit, vt sagittas argenteas, aureasque hortis regiis immiserit. Contra ius gentium Manuel legatum violat Venetum: negotiatores, quos simulata pace euocarat, vno die comprehendit: quare armis pressus Venetis, æquis pensionibus pacem impletat. Prælium cum Turcis gesit funestissimum, in quo penè captus est. Imperauit annos 38. quibus exactis, monasticam secutus vitam, morbo periit. Vide Blon. lib. 5. Deca. 2. Egna. lib. 2. Cos. Mun. lib. 4.

A L E X I V S , Manuelis filius, puer adhuc, patri successit: Andronico Comneno à patre commissus fuit, qui primò tutorem egit, dein imperij consortem, demum Alexium cognatum quindecim annos natum, cum treis à patris morte annos rerum esset potitus, clam miserè necat, capitèque truncato, reliquum cadauer sacco inclusum in mare proiicit. Vide vt supra.



F R I D E R I C V S , huius nominis primus, natione Sueus, cognomento Aerobarbus, à colore barbæ ruffæ, nepos Conradi ex fratre, post eundem Conradum tertium Romæ imperat anno mundi 5114. à Christo nato 1152. Hic Dertonam (nunc Tortonam vocant) portas fibi claudere ausam, obfessam capit: inde Romam contendens ab Adriano coronatur. Euersa Dertona quæ in partibus Alexandri stabat, in cuius locum Octavianum Pontificem crearat, Mediolanum inde solo æquat: Galliāmque omnem Cisalpinam eadem sentientem vastat: tertio & quartò Italiam intrans Alexandrum fugat. Tandem Friderici filio, nauali prælio victo, vritur Fridericus summa humilitate: nam pro templi foribus humili prostratus ante Pontificem, pedibus eius se opprimi permittit. Pontifex clamari præcipit, *Super apidem & basilicum ambulabis, & concubabis leonem, & draconem*, ac tum eum absoluit. Fridericus eam à se exhiberi humilitatem Petro, non Alexandro, dixit: respondit Alexander, *& mihi & Petro*. Hic deinde Saracenos ac Turcas prostravit, Sultanum in Aegyptum fugauit. verūm captiam Armenia, cùm in equo rapidum amnem ingreditur, strenuissimus heros perit, anno imperij 37. Egna. lib. 3.

H E N R I C V S Friderici filius post patrem imperat anno mundi 5151. à Christo nato 1189. huic Papa Clemens tertius Constantiam virginem sacram, Rogerij Normani filiam, vxorem dedit. Siciliam obtinuit, Tancredo spurio expugnato. Philippum fratrem, qui postea imperat, cum exercitu in Syriam misit: ducibus etiam Archiepiscopo Maguntino, & Saxoniarum Duce existentibus. Aemy. lib. 6. Blond. lib. 6. Egna. lib. 3. imperat ann. 10.



PHILIPPVS à Deo datus hoc nomine secūdus, Ludouici iunioris filius, apud Francos regnat anno mundi 5142. à Christo nato 1180. Hic Ædiles, quos Scabinos appellant, Parisiis creandos curat: bonam vrbis partem muro cingit, forum venale, Hallas vocát, reædificat. Saltum Vicenarum mœnibus cingit. cū Ricardo Angliae Regis filio ad recuperandā Ierusalem, quæ victori Saladino reddita fuerat, expeditionē suscipit: Ptolemaida expugnat. Deinde græstante per exercitum peste, in Galliam reuertitur. Totam Normaniam & Aquitaniam iure belli recipit 260. an. postquā Rolloni data fuerat Normania. Galli Græcorum imperium, Byzantio recepto, tenet, à Venetis, & quibusdam aliis adiuti, quibus impensas refundunt. Otho quintus, Saxonum Dux, qui post Philippum Henrici sexti fratrem imperat, à rege vietus in pugna Bouinenſi, fugatur: Ferdinandus, siue Ferrandus, Lufitanus, Flandriæ Comes, in arcem Luparam recens ædificatam, captiuus ducitur. Ioannes Brennus Rex Ierusalem, Philippum inuisit, moribundum, à quo 60000. librarum ex testamento accipit. regnat an. 43. quartana febre Medunte interiit: ad fanum D. Dionysij sepultus est. Æmyl. lib. 6.

L V D O V I C V S Octauus, Philippi filius, post patrem apud Francos regnat anno mundi 5185. à Christo nato 1223. Hic cum Anglo Rege fortiter cōflicxit, quo tempore pater cum Othono. Cum Friderico Imperatore colloquitur: fœdere inito, fraternalum nomen inter Francos & Germanos redintegratur. Albigensium errorem extirpauit Rex, Auenione capta, & muris deiectis. Regnat an. 3. obiit Montisperij: sepultus est in æde D. Dionysi. Gagui. lib. 7. Æmyl. lib. 7. huic succedit D. Ludouicus.



LIBUSSA, Craci, secundi Bohemiæ Regis filia, aliquot annos principatum tenuit: tandem cum litem aliquam, quamquam iure ac rectè definiisset, attamen qui causa ceciderat, humili procumbens, clamauit, indignè viros à fœmina gubernari: accurrens multitudo Regem postulat. Quare hæc Primislao agricolæ, nescio quo modo (vel quid sic collibuerit, vel sorte quadam) nupsit, qui Bohemos rexit, & Pragam primus aggere & muro cinxit circiter annum mundi 5165. à Christo nato 1123. Videto Chronographiam Ioannis Naucleri, generatione trigesimana.

VALASCA, vna quidem ex puellis Libussæ, ingentis animi & generosi, Amazonicæ gentis virgo, mortua Libussa, accersiuit mulieres ac virgines, quas his verbis compellauit: *Heram perdidimus, quæ non passa est nos viris subiici: adest mihi, & ego vobis imperium polliceor:* coniurant in viros singulæ, quos obvios habent ex improviso trucidant: armatæ postea, bella multa feliciter conficiunt, virorum semper viætrices: & more Amazonum viuere statuunt. Tandem verò Primislai dolo & infidiis captæ, omnes ad internectionē usque mactantur. Vide ut supra.





**A N D R O N I C V S** Cōnenus, Isacio , Caloioannis fratre natu maiore, natus, post Alexium cognatum, quem crudeliter necarat, Constantinopoli imperat anno mundi 5144. à Christo nato 1182. huic Gulielmus Siciliæ rex , bellum intulit, Alexij mortem vindicaturus, à quo cùm vndique premeretur, tandem ab Isacio Angelo præter suam ; omniūque opinionem, prælio victus, imperio deiicitur, capitur, ignominiosè occiditur. Nam altero effosso oculo, asinæ præposte rē imponitur: caput alliorum reste, diadematis loco præcinctus: cauda manibus sceptri vice alligatur: per urbem sic ornatus circumuehitur: vulgi turbæque tumultu lacer, perit fœdissimè : quippe in cuius faciem pueri, puellæ , viri , foeminæ , præter probra, lutum , sterlus , & fœdissima quæque coniiciunt ac cōgerunt: deinde laqueo suspensus , vncis à mulieribus frustillatim discepitur, anno imperij altero. Vide Eg.lib.2.Cof.Mun.lib.4.

**I S A C I V S** Angelus post Andronicum, Comnenorum stirpe sublata è medio , Constantinopoli imperat anno mundi 5146. à Christo nato 1184. Hic varias multorum tyrannides opprescit: Fridericum Aenobarbum Ro. Imperatorem in Syriam properante m magnificè excepit. Alexium fratrem natu minorem, à Turcis captum, magno redemit: à quo postea, ingratissimo homine , per summum scelus imperio oculisque priuatus, in carcerem truditur: donec filius Isacij , Alexius alter , & longè ab illo dispar , à Francis ac Venetis opem implorans, patrem lachrymis obtinuit. Sed carcere post longam captiuitatem eductus , morbo ex aëre contracto , non diu superuixit. Imperauit annos 16. Vide vt supra.



**P H I L I P P V S** Henrici sexti (Friderici primi filij) frater, mortuo ipso eodē fratre Romanis imperat anno mundi 5161. à Christo nato 1199. huic fuit de imperio contentio cū Othonē, cui Innocentius, tertius huius nominis Papa, præterea Angliae Rex fauebat: Sed Gallia Rex eiusdem nom inis, Philippi, Philippo opem tulit, qui fugato s̄epius Othonē, rerum tandem potitur. Hic cùm annos nouiem imperasset, ab Othonē Comite Palatino (cuius genus celebre & clarum fecerat Fridericus primus) occiditur, die quodam cùm esset ei à medico vena incisa, & nihil iam ab aduersariis suspicaretur optimus princeps. Credo Othonorum nomen illi fatale fuisse. Imperauit annis nouem. Vide Aemyl.5.Egna.lib.3.& Carionem lib.3. Philippus Bambergæ occisus , Bambergæ sepelitur: cuius corpus humatum postea Spiram, iubente Friderico secundo, translatum est.

**O T H O** Saxonum Dux (Comitem Palatinum vocat Aemylius ) quem Imperatorem elegerat Innocentius aduersatus Philippo , eidem Philippo māctato surrogatur, & à Papa, omnium consensu , ad tollendam discordiam coronatur anno mundi 5170. à Christo nato 1208. Sed cum hic Pontificiæ ditionis oppida quædam caperet, & Friderici iunioris inuadere cuperet regnum , diris Pontificiis petitus , imperio priuatur anno imperij 3. Fridericusque Henrici sexti filius , admittente etiam Innocentio, Imperator creatur: qui cum Philippo Francorum Rege in Othonem arma sumpfit : nec sine manifesta vi numinis, & Gallorū virtute , clade memorabili affectus Otho, etiam ab Anglo adiutus, in patriam inglorius se recipit. neque verò suo tandem supplicio caruit , nam & ipse non multo post trucidatus periit. Vide Aem.lib.5.Egn.lib.3.Carionem lib.3.



ALEXIVS Angelus fraticida, post Isacium Angelum fratrem, Constantinopoli imperat, anno mundi 5162. à Christo nato 1200. Hic planè impius, maiori fratri imperium per scelus ademit: & Alexium Ifacij filium, nepotem suum, voluit perdere: qui fugiens, in Dalmatiāmq; delatus, Francorum proceres, Balduinum & Venetos in patrum mouit, paciscendo 30000. marcarum auri, & cōmeatum, si eorum ope, vel solus, vel cum patre, qui in carcere agebat, imperio restitueretur. Quare hi proceres classe parata, Byzantium versus nauigant, expugnant, fracta prius catena, que ab vrbe ad Peram tensa erat. Fraticida fuga saluti suā consulit: Isacius carcere liberatur: & Alexius iunior, post subitam patris liberati mortem, imperat. Vide Egna. lib. 2. Cosmo. Munst. lib. 4.

ALEXIVS iunior, Ifacij filius, qua dixi ope, imperio restitutus Constantinopolitano, anno eodem quo supra imperasse dicitur Alexius Angelus. In fœdere faniendo inter hunc, & Gallos, ac Venetos, cautum est ut Patriarcha Constantinopolitanus Romano subesset Pontifici, & damna Francis, Venetisq; à Manuele illata compensaret: at mense post restitutionem vix exacto, cùm rerū quas promiserat fatageret, à Murziphlo quodam ignobili, quem tamen ad summū dignitatis gradū euexerat, iuuenis admodum necatur. Murziphlus frustra se hostibus opponens, vrbe Byzantio amissa, noctu cum vxore, pellicibus ac thesauro fugit: paulò post in Peloponneso captus, ac Byzantium retractus, miserè perit. Vrbs Frācis, Venetisq; dedita cum omni milite, ab eis est possessa: & res imperij deinde ad Frācos translata: è quibus primus fuit Græcorum Imperator Balduinus. Vide ut supra.



BALDVINVS, Flandriæ Comes, ab omni milite, & exercitu, Flandrensi scilicet, Montis-ferratensi, Allobrogum & Venetorum, Imperator Constantinopolitanus creatur post Alexium iuniorem anno mundi 5162. à Christo nato 1200. hac conditione ut si ex Francis designaretur Imperator, Veneti Patriarcham darent: quod & evenit. Balduinus cuncta præter Adrianopolim recepit: in qua imperauit Theodorus, Alexij Imperatoris pessimi gener, quam & nomine dotis accepit. Cum Franci eam obfiderent ac propè expugnarent, captus & mortuus est Balduinus, qui annum imperio vix præfuerat. Vide Egna. lib. 2. Ro. prin. & Cosm. Mun. lib. 4.

HENRICVS Balduini frater, Imperator post eius mortem creatur, anno mundi 5163. à Christo nato 1201. Hic expugnationem Adrianopolitanam persequitur, ac repetit: sed irruentibus Saracenis, obfitionem soluit: Constantinopolim rediit, quam & munit. Fœdere cum Valachis firmato, & filia Ducis eorum in vxorem ducta, domi, forisque cum prudenter se Henricus gereret, Gulielmum Bonifacij filium, Regem Thessaliæ designat. mox moriens, Iolantem filiam, Petro Altifidorensi nuptam, hæredem relinquit, anno imperij 13. Vide ut supra.





FRIDERICVS, secundus huius nominis, deturbato  
Othono quarto, imperat anno mundi 5173. à Christo nato  
1211. Viguere in hoc principe corporis animique dores, auo  
simillimus Aenobarbo, militaris laudis appetentiss. fuit: Græ-  
cam, Latinam, Germanicam & Saracenicam linguam calluit:  
bonarum artium disciplinas promouit: Sed has virtutes animi  
calliditas ac perfidia, & in Guelphum nomen sœvitia, neque  
non in Pontifices odium obscurarunt. Guelphos ac Gibelli-  
nos, pernicioſſima Italiam nomina, primus inuexit: hi Impera-  
tori illi Papæ fauebant. Mediolanenses, qui stabant à Ponti-  
fice, vicit. A Papa Innocentio quarto, imperio priuatur, ac ex-  
communicatur. Henricus Thuringiæ, dictus Lanthgrauius,  
Imperator dicitur: bona Italiam pars in Fridericum armatur:  
Parma ei adimitur: Victoria quoque, vrbs quam condiderat, &  
multis ornamentis decorarat, diripitur. Hic Ierosolymam pro-  
fectus, ita negotium confecit, vt à Sultano non solum Ieroso-  
lyma, sed & multæ aliae vrbes ei sint redditæ, coronatusque est  
Ierosolymæ, quam muniuit, & Ioppen item aduersus hostium  
vim. Panormum profectus, Manfredi filij nothi dolo necatur:  
sunt qui veneno extinctum scribunt, conscio Pontifice, impe-  
rauit an. 35. Vide Egn.lib.3. & Carionem lib.3. & Chr. Phry.

IOLE Ioannis Ierosolymorum Regis filia, nupsit huic  
Friderico secundo, cui pater in dotem omne ius in Ierosoly-  
mæ regnum dedit. inde etiam hodie Siciliæ Reges, Ierosoly-  
mitanos se Reges vocitant: Nam erat Fridericus Siciliæ Rex,  
& Sueviæ Dux. Ex hac vxore filium nomine Conradum su-  
stulit Fridericus, quem regnum hæredem reliquit: & Man-  
fredum nothum Tarentinum principem instituit. Aemy.lib.7.  
Blon.lib.7.deca.2.



P E T R V S, Altisiodorensis Comes, vxorio innixus iure,  
Henrico vitrico (quando mascula supererat nulla proles) suc-  
cedit, imperioque Constantinopolitano præst, anno mundi  
5176. à Christo nato 1214. Hic Roma rediens, ubi imperij in-  
signia sumperat, Dyrachium in Venetorum gratiam cum fru-  
stra tentasset, à Theodore Lascare, qui se Adriopolitanum,  
ac Græcorum Imperatorem dicebat, ac pro tali se gerebat, per  
assimilationem pacis, præter iurisurādi religionem & fidem,  
medio conuiuio obtruncatur. Scribunt alij Lascarem in ne-  
morosis Theffaliæ locis (Tempe ea vocant) insidias collocasse,  
captumque Petrum abduxisse: tandemque eum in vincula  
coniectum, occidisse. Vide Egn.lib.2. Cosmo.Mun.lib.4. Im-  
perauit Petrus Altisiodorensis annos quinque.

R O B E R T V S, Petri supradieti filius, ex Galliis accersi-  
tus, ad paternæ calamitatis nuntium, Byzantium aduolans, Im-  
perator dicitur, anno mundi 5181. à Christo nato 1219. Puel-  
lam hic nobili cuidam Burgundo paſtam, matrimonio sibi co-  
pulauit: quare Burgundus animi impotens, in regiam irrupit,  
nares puellæ abscidit: matrem, quæ noui erat connubij conci-  
liatrix, proximum in mare proiecit. Nec est ausus ad iniuriam  
hanc vel mutire quidem Imperator, Romanum adiens pro dia-  
demate impetrando: at inde rediens iniuriā vlturus, in Achaia  
morbo decessit, anno imperij 7. Vide ut supra.





BALDVINVS secundus, Roberti Constantinopolitani Imperatoris prædicti, filius, post patrem Imperator creatur anno mundi 5188. à Christo nato 1226. sed cum per ætatem haud esset idoneus, Ioannes Brennius Ierosolymitanus quidem nomine solum Rex, Italia euocatus, adiutor ei datur: cuius filiam in uxorem duxit, spreta quæ illi offerebatur Regis Pontici filia: vnde bellum atrox obortu. Balduinus multis bellis exhaustus, ac pressus filium, & crucis dominicæ partem Venetis oppignerat, templorum omnium donaria aufert, exercitum ingentem ad Bospori fauces obiicit: interim Byzantium proditione amittit: profugus cū patriarcha, naui in Euboëam delatus est: ita dum externam vitam timet, à domestica opprimitur, anno imperij 53. tunc Græci imperium recipiunt Constantopolitanum, quod Franci annos 58. tenuerant. Vide Blon. lib. 7. deca. 2. Egna. lib. 2. Volater. lib. 23. Aem. lib. 7. Cosm. Mun. lib. 4.

MICH A E L Palæologus pulso Balduino, Byzantium caput, imperat quo anno mundi 5221. à Christo nato 1259. Hie Ioanni Lascari tutor datus à patre Theodoro moriente, puerum interemit: imperium sibi ac suis destinans, primum Achaiæ regno Guillelmum spoliat, Genuensem classe fretus: deinde Balduini opes frangit, urbem (vt dixi) capit. Bellum cum Venetis diu gessit, quem facile imperio deturbassent, nisi Genueses obstitissent. induciis factis Lugdunum ad concilium quod Gregorius decimus indixerat, venit: facileque illi cum Pontifice conuenit: vnde tantam suæ gentis inuidiam contraxit, vt mortuo sepulturæ negarint manus tamen imperium in familia eius annis 193. donec in Turcarum manus deuenit, Mahomere, vi capto Byzantio, Constantinum obr truncante, anno mundi 5414. à Christo nato 1452. Vide ut supra. regnat an. 34.



D. LUDOVICVS post patrem Ludouicum octauum, Philippi secundi filium, apud Fræcos regnat anno mundi 5188. à Christo nato 1226. huius mater Blanca reætrix testamento relicta, moderata & sapiens, partim obscuras, partim apertas inimicitias, initio regni exortas sedat, tum vi, tum benevolètia cœcilians sibi principes, aliósque qui secesserant, facta in filium cœiuratione. Innocetius quartus Fridericum metuens cum in Galliâ fugisset, Lugduni cœciliū habuit, in quo ruber pileus & purpura primū Cardinalia data sunt. Spinea corona, & sacro-sancta Christi monimēta, q̄ Balduinus Venetis oppigneraret, D. Ludouicus redemit: hæc apud sacrū palatij facellū quod Lutetiæ erigebat, asseruāda cōmisit. Ad iuuandas res Christianas cū ingēti exercitu in Asiam nauigauit: Aegyptū ingressus, Damiatā expugnauit. Christianos barbarorū seruos gregatim vndique cogēs, redemit. Pastores, ingēs manus perditorū hominum, cū Regē captum esse audissent, arma capiūt, sed à Biturigibus, Aurelianensis būque delentur: Robertus Regis frater, Lutetiæ Sorbonā instituit. Rex histriones & parasitos ab Aula exigit: Magistratum ambitū coercuit: honorū dignitates non erāt tūc venales, nec ausi fuissent toto iurisdictionis tractu aut fundos emere, aut sacerdotia liberis accipere: blasphemis in frōte cauteriū inussit. Rex in Africā traiecit, Carthaginē expugnauit, Tunetū obsedit: pestilentia grassante obiit ex profluvio anno regni 44. sepultus est in æde D. Diony. Gag. & Aem. lib. 7.

PHILIPPVS D. Ludouici filius, mortuo patre Rex in castris salutatur, postea Remis inungitur anno mundi 5232. à Christo nato 1270. Hoc Rege gesta sunt bella Flussatum, Hispanicum Castulonense, & Tarragonense. Siculi, die Paschæ, ingenti Gallorum cæde facta, à Carolo Regis patruo deficiunt. Obiit Rex Perpeniani, sepultus est in templo D. Dionysij.



RUDOLPHVS, Comes Habsburgensis seu Habisprugius, Imperator eligitur anno mundi 5234. à Christo nato 1272. Inter regnum imperij à deturbato Friderico per 26. annos durauit. Hic Othocarum Bohemiarum Regem acie vieti occidit: Pseudofridericum qui se in Suevia erexerat, combusit. In Italianam non est profectus Rudolphus, solitus Aesopi fabula recitare de Vulpe, & Leone in spelunca ægrotante, apud se reputans maiores suos ingressos quidem sæpe magnis copiis Italianam, sed male acceptos demum plerunque rediisse. Hic redacta sub ditionem Austria, constituit in ea Ducem filium suum Albertum, à quo originem trahunt Austriaci principes, ad Carolum quintum usque, & Ferdinandum eius fratrem. Vuenceslao Othocati filio, Bohemiarum regnum, humanitate summas Rudolphus, reliquit, deditque ei in uxore filiam suam. Imperat annis 19.

ADOLPHVS post Rudolphum imperat anno mundi 5253. à Christo nato 1291. Hic Comes de Nassau cum esset, Imperator eligitur. Sed ab electoribus pertæsis eius fortes ac ambitionem, imperio destituitur, in cuius locum subrogatur Albertus Austriæ Dux, ac Rudolphi frater: cum quo dum congriditur Adolphus, occubuit anno imperij 7. Consulito Aem. lib.8. Egna. lib.3.



PHILIPPVS Pulcher, post patrem Philippum apud Francos regnat anno mundi 5247. à Christo nato 1285. Hic Palatium in insula quam Sequana Lutetiae facit, extruxit magnificum: ubi forum est quod Parliamentum vocant. Vniuersam Flandriam Rex, opera Caroli Valesij subigit: Vido Comes cum liberis Lutetiam captiuus adducitur. Rex à Flandris magnificè excipitur. Comes cum filio Hilermo Regi data fide, in patriam ad tumultus sedandos proficiscitur: qui ubi nil promouet, ad Regem reddit, obitque Compendij. tribus deinde præliis plus 20000. Flandrorum cæsa sunt. Certis tandem conditionibus Roberto Vidonis filio maximo, Comitatus Flandriæ redditur. Hoc Rege, Clemens quintus Lugduni in Papam coronatur: sedes Papalis Roma Auenionem transfertur, ubi 70. constituit annos, tribus Cardinalibus missis cum potestate Senatoria, quorum auspiciis Roma & Italia regeretur. Turcis expulsi, D. Ioannis Hospitalarij Rhodium capiunt: qui ob id ipsum postea vocari cœperunt Equites Rhodij. Templariorum nomen Papa abolet, quorum redditus D. Ioannis Hospitalariis conceduntur. Obiit Philippus Pulcher ad fontem Blaudi locum nativitatis, anno regni 28. in æde D. Dionysij sepultus. Gagii. lib.7. Aemy. lib.8.

LVDOVICVS Hutinus Pichri filius, patri succedit, atque apud Francos regnat anno mundi 5275. à Christo nato 1313. Hic iam ante matri Ioanæ in regno Nauarræ successerat. Engertanus Marinius suspenditur, eius statua è summis palatijs gradibus deiicitur. Regnat Hutinus annos ferè duos: ad Vicenarum saltum moritur, ad fanum Dionysij sepultus. Vide ut supra.

M m m



· A N D R O N I C V S , ex tribus maribus , filiis Michaëlis Paleologi , natu maximus , patri in imperio Constantinopolitano succedit , anno mundi 5255 , à Christo nato 1293 . Andronicus Michaëlem quendam , matre natum Hungarica , generum ac imperij cōsortem assumpit : quo mox defuncto , Andronicū Constantinum Despotem iuniorem , ad imperij successionem inuitat : id Michaëlis p̄dicti filius Andronicus , molestè ferēs , in auum insurgit ; Genuēsium ope frētus , ius omne ad se trahit . At Veneti seniorem cum restituissent Andronicum , tandem prægrauantibus Bulgaris & Genuensibus , Venetos destituit , partēque Ligusticas , à nepote coactus , amplectitut : & septuagenario maior tandem moritur , anno postquam imperare cōperat decimo octauo . Vide Egna , lib. 2 . Cosmo . Munst . lib. 4 .

· A N D R O N I C V S junior , Michaëlis filius ex superioris Andronici filia , sex & amplius annis cum Andronico auo p̄dicto , varium ac anceps bellum gessit , s̄epe tamen reconciliatis animis , amicorum opera , & gratia malè farta non coēunte . Byzantium tandem clam ingressus , in auum nil molitur : quin illum quoad vixit , secum imperare permisit : quo mortuo , cūm aduersus hostes fortem se p̄stisset , quinquagenarius obiit , febre capitisque dolore intra quatriduum confectus , anno imperij circiter 16 . cœpit imperare anno mundi 5273 , à Christo nato 1311 . Vide ut supra , & Chron . Phrv . De hoc Andronico , sequentib⁹que Imperatorib⁹ ad Constantinum usque , qui à Mahomete , capto Byzantio , est obtruncatus , quot annis imperarint , ac quo anno definito singuli cōperint , nil certi statuunt autores : ordinetamen vniuscuiusque imago , ac vita , descriptæ sequuntur .



· A L B E R T V S Rudolphi filius , & Austriæ Dux , vti dictum est , deuicto , ac occiso Adolpho , imperat anno mundi 5260 , à Christo nato 1298 . Noluit primò Bonifacius Papa ratum habere imperium Alberti : postea tamen vltro confirmavit in odium Philippi Pulchri Gallorum Regis : quinetiam donatum Albertū titulo regni Gallici , extimulauit eum aduersus eūdem Franciæ Regem . At Philippus data filia in vxorem filio Alberti , placauit Albertum . Porro Albertus filium suum Bohemiæ Regem cōstituit : Bauaros & Maguntinos hostilia foedera incūtes , ita domuit ut parērent imperio . Tandem à Ioānne fratris filio prope Renū interficitur , anno imperij 10 . Consulito Aemyl . lib . 8 . Egna . li . 3 .

· H E N R I C V S Lucelburgenfis , mortuo Alberto Imperator creatur anno mundi 5270 , à Christo nato 1308 . Hic Comitem Vuirtembergensem , quod Imperatori parere nollet , iugūmq; detrectaret , fortunis omnibus exuit . Deinde in Italiam penetrans , Longobardiam capit , & Mediolani fere insignitur corona . inde Roman profectus , post diadema acceptum , ab Ursinis expellitur . Tandem graui obsidione Florentiam premens , veneno in Eucharistia dato , operā Dominici cuiusdam , è medio tollitur , anno imperij 5 . Hic Ioāni filio suo Regis Bohemici filiam vxorem dedit : ēstque ac occasione princeps Lucelbulgensis Caroli quarti pater , Rex Bohemiæ factus . Vide Aemy . lib . 8 . Egna . lib . 3 .



**O T H O M A N N V S** regnat apud Turcas anno mundi 5261. à Christo nato 1299. Hic primus in ea gente hoc nomen tulus, à castello Galatiæ à se capto: primusque veterem gentis gloriam afferere ausus est: nam gens ea Ierosolymam ceperat anno mundi 4970. à Christo nato 1008. Sed à Christianis Gothofredo Bolione duce victi, ac pugna non incruenta, fusi, fugatiq; ad Niceam Turcæ, nullum dehinc Ducem cuius extet memoria præcipuum habuere, ad hunc usque Othomannum, qui primus neglecta paucorum potentia, Monarchiam inuasit, primusque in Turcica historia inter Imperatores locum tenet. Hic cùm esset obscuriore loco natus, attamen ingenio felix, cautus, diligens, ambitiosus regna semper meditabatur: cui etiam impensa fuit fortuna: nam magnam Bithyniæ partem, plurimaque loca munita Ponto adiacentia subegit: sed egregias suas viatorias maximè nobilitauit, expugnata Siua, quæ olim Sebastia dicebatur. Regnat annos 28. obiit affecta ætate anno primo Philippi Valesij Regis. Pau. Io. Iouius, & Munsch. in Cosm.

**O R C H A N E S**. Othomanni supradicti filius, post patrem imperat anno mundi 5289. à Christo nato 1327. Hic noua dignitate auctus, nihil mutatus, nec patri absimilis, quinetiam militaris disciplinæ peritior, liberalitate, facilitate, & dexteritate fænum & multitudinem vndique comparans, rem à patre inchoatam industria, studio, & prudentia auxit, Mysiam, Lycaoniam, Phrygiam & Cariam domuit: Prusiam (quæ nunc Bursia) Regum olim Bithyniæ sedem vi cepit, accepto ibi graui vulnere, quo postea interiit, anno primo Ioannis Francorum Regis. Regnat anno 22. Pau. Io. Christoph. Recherius lib. 1.



**L V D O V I C V S** Bauariæ Dux, Rudolphi Imperatoris ex filia nepos, & Fridericus Austriæ Dux, variantibus Electorum suffragiis, ambo Imperatores eliguntur anno mundi 5276. à Christo nato 1314. His varia fortuna sæpe congressis, tandem anno 8. viator Ludouicus, capto Friderico rerum potitur: sed cùm se Imperatorem citra Papæ assensum scriberet, excommunicatur. nihilominus Mediolanum venit, ubi ferream accipit coronam: deinde Romæ summo acceptus honore à Stephano Columnio coronatur. Petrum Corbariensem in Pontificem creat: & oppidis iuris Pontificij alios dedit præfectos, Pontificem simulatus, qui & ipse Galliæ Cisalpinæ multos autoritate sua Regulos præfecerat. Imperavit Ludouicus annos 33. sumendo initium imperij eius ab excessu, & fato venenato Henrico Lucelburgensis. Aemyl. lib. 8. Egna. lib. 3.

**C A R O L V S** quartus Bohemus, Ioannis Lucelburgensis Boemiæ Regis, de quo dictum est supra in Henrico, filius, post Edoardum Anglum & Guntherum Cæsares electos, Cæsar quoque designatur: ad hunc Carolum res deuenit, altero subinde post alterum vita functo. Romæ itaque coronam hac conditione accepit, ut confessim Italia excederet. laudem meruit ob Auream bullam, in qua multa quæ ad pacem publicam pertinent, complexus est. Rerum Bohemicarum imprimis studiuss fuit: Pragæ gymnasium publicum instituit. obiit anno imperij 32. Venceslao filio prius Cæsare creato, promissa Electoribus pecunia, vestigialique imperij illis obligato. Vide ut supra.



DANTES Aligerus, Florentinus, cùm humanioribus tum diuinis literis instru&tissimus, Philosophus ac Poëta, nulli suo seculo secundus, pulsus patria, in Gallia aliquandiu maximè Parisis, postea apud Arragonum Regem exulans, de sua calamitate varia edidit opera. Tandem exul etiam apud Rauennam obiit, Ludouico Bauaro Imperante, anno mundi 5283. à Christo nato 1321. Videto Trithemium de Scriptoribus Ecclesiasticis, & Supplementum Chronicorum lib.13.

CANIS Scaliger, à rebus gestis, cognomento Magnus, Veronæ vrbis dominium sibi vendicans, rexit eam annos ferè 20. quam etiam variis ac superbis ædificiis ornauit. Picenum & Romandiolas omnem sua potius virtute ac liberali humanitate, quām armis subegit. Princeps hic eloquens, comis, liberalis, oratoribus, historicis, poëtis, omnibus denique doctis fauēs, Dantem Florentinum ad se accersiuit, & prēmiis ac honoribus cum donauit. Hic sine virili prole moriens, duobus nepotibus, Alberto inquam & Mastino fratribus, vrbis tantæ dominium reliquit: obiit Veronæ, atque inibi maxima funeris pompa sepultus est, anno à mundo condito 5291. atque à Christo nato 1329. Videto Chronicorum Supplementum lib.13.



PHILIPPVS Longus Ludouici Hutini Francorum Regis frater, successit ei in regno Franciæ anno mundi 5277. à Christo nato 1315. Hic Longus dictus est ob corporis proceritatem ac gracilitatem: id vnum mirum est, quod neque ab ecclesia, neque à populo quæ petebat tributa & vestigalia impetrare potuerit. Puteos elephantiaci à Iudæis perisuvi, veneno infecerunt: quæ res occasionem vt pestis grassaretur præbuit: sed utriusque misere, dato supplicio, perierunt. Constituerat Rex efficere vt vbiue ponderis, mensuræ & pecuniæ ratio eadem esset: sed morte præuentus id præstare non potuit. obiit anno regni, quod per Saliquam legem adeptus erat, quinto, nullis confectis bellis: nam festa pax vndique ridebat. in æde D. Dionysij conditus est. Vide Paulum Æmylium de rebus Fracorum lib.8. Gaguin. lib.7. & Carionem lib.3.

CAROLVS huius nominis quartus, cognominatus Pulcher, Philippi Longi frater, Nauarræ Rex, quemadmodum & tres Francorum Reges superiores, succedit fratri in Franciæ regno anno mundi 5282. à Christo nato 1320. Hic in scelera feuerissimè animaduerit, iustitiae & æquitatis cultor fuit. Aquitaniam ingressus, Regum hic primus Papæ decimas permisit, vt quæstus particeps fieret. has autem colligebat Papa, vt bello lacefferet Ludouicum Bauarum Imperatorem, quem hostem scilicet ecclesiæ iudicauerat. Regnat annos septem: moritur ad saltum Vicenarum, sepultus in æde D. Dionysij, relicta vxore grauida. Vide autores quos supra.



PHILIPPVS Valeſius triū ſuperiorū Franciæ Regum patruelis, Carolo Pulchro ſuccedens, regnat apud Frācos anno mundi 5289. à Christo nato 1327. Flandri à Gallis profligantur: Caſletum capitū, ſpoliatū, incenditū. Ad Ambianos Regum Franci, Angli, Bohemi, & Balearici fit cōuentus, Anglus clien-tem ſe Franci Regis profitetur. Sacra arma Valeſius induit contra fidei Christianæ aduersarios. Petrus Cunerius fruſtra conatur temporalem Epifcopis auferre iurisdictionem. Incipit ma- ximum bellum Anglicū. Iacobus Arteuilla plebeius multas in Flandria excitat turbas contra Flandrenſem Comitē, qui ſe in Franciam recipit. Galli & Angli Regum acies in conſpectū ferē ſine conſlītu veniūt. Anglus quando Francus prælio abſtinet, Flandriam repetit, vbi Arteuillæ confilio, lilia & Regis Franciæ titulum adſumit: quæ hucusq; ſibi arrogat. Ad Cresciacum pu- gnatur tandem à noſtris infeliciter. Calitium Anglis deditur, à quibus recuperari nunquā potuit. Trapezię Lōgobardi & Itali capti, pulsi, ac proſcripti ſunt ex Francia ob immanes viſuras. Rex ſortē accipit, interiurio relictō. Humbertus Princeps vili Delphinatum vendit, ea lege vt primus Regis filius Delphinus vocaretur, & Delphinatum obtineret: itaque Dominicanum Humbertus profitetur. Initio regni immanes exactiones fuere, ac priuīm ex ſale vētigal institutum. Regnat annis 22. obit ad Nogentum regium, ſepultus ad D. Dionyſium. Æmy. lib. 8. & 9.

IOANNES Philippi Valeſij filius, patri in regno ſuccedit anno mundi 5311. à Christo nato 1349. Hic ab Anglo, capitū, ad quartum lapidem ab vrbe Piſtonum, ac poſt annos 4. liberatur: nec multo poſt iterum in Angliam traiicit vt de ſuis obſidibus liberandis tranſigat: at morbo ante redditum præuentus, Londini moritur anno regni 14. ad D. Diony. Carolus quintus patris Ioannis cadauer tranſtulit. Æmy. lib. 9.



IOANNES Palæologus, dictus etiam Calo-ioannes, patri Andronico iuniori ſuccedit, licet Ioannes Cantacuzenus, tutor prudens, imperium adminifret Constantinopolitanum circa annum mundi 5290. à Christo nato 1328. Tutor itaque Can- tacuzenus, ac imperij confors Apocauci fraude ( viri quidem obſcuri, ſed ſolertiſ & callidi, ac inter principis amicos ob eius modi mores, præcipuæ dignationis ) & Patriarchæ ambitione, in exilium truditur. iniuriæ impatiens bellum quinquennale aduersus Reginam & Ioannem Cantacuzenum Imperatorem, Andronici filium gerit, Turcarum arma Europæ primus infert. Huic tandem proditur Byzantium: quod cum occupasset, nulli moleſtus fuit, imperij tantum conſortem egit, filia in uxorem Ioanni tradita. Inde in Genuenses, ſociis Venetis & Arrago- niis, varia fortuna bellum gerit Cantacuzenus: cui & ſtati ab Ioanne Palæologo exule predicto bellum indictum, Turcarum in primis ope geritur, quibus etiam in Europa locum primus inhabitandum tradidit. Cum autem improuifus Byzantium, ex Tenedo ſoluens, ingressus eſſet Palæologus, tandem Canta- cuzenus imperio relictō, monachum egit. Palæologus Mat- thæum Cantacuzeni filium participē imperij agere volentem, imperium deponere coēgit. & cum multa bella confeciffet Pa- læologus, moriens filio Manuela impetiū reliquit. Vide Egnat. lib. 2. & Cosm. Mun. lib. 4.

M A N V E L prædicti Ioannis Palæologi filius, poſt patrem imperat Conſtantinopoli: ſeptem mares filios hic reliquit, quo- rum Ioannes natu maximus, morienti ſucceffit. Vide ut ſupra.



A M V R A T H E S huius nominis primus, Orchani filius, mortuo patre, apud Turcas imperat anno mundi 5311. à Christo nato 1349. Is auitam paternāmque felicitatem simulatus est: at vero in Caramanum auum matrem non minus infestus quam pater fuit, qui sacerum occiso eius filio adolescentem non minima Ciliciæ parte exuerat. Cæterum à Constantinopolitano Imperatore Ioanne Palæologo solicitatus Amurathes 12000. Turcarum ei in auxilium mittit: idque initium ac origo ruinæ imperij Constantinopolitani fuit. Nam Europeis opibus illectus Amurathes, opis denuo adferendæ simulatione, poniundæ tamen Græciæ animo, Genuenium nauibus usus Amurathes, Thurcarum 60000. in Græciam transportat: Hellestrom ad Abydum superat: Callipolim cum aliis oppidis occupat: ipsum quoque Imperatorem in expectatione grauem imperium facit. Postea Seruiam, Bulgariamque ingressus, Lazarum Seruiæ, & Marcum Bulgariæ principes, cum paratisimis copiis ei occidentes, ingenti cæde profligat, prius occupata Adriano-poli: sed Lazaro cæso, mox à seruo in dominj vindictam Amurathes occiditur, anno regni 23. Vide Egna.lib.2. Pau.lo. & Chri-stop.Richerium de rebus Turcarum lib.1.

S O L I M A N V S Amurathis filius, patri in imperio succedens, confestim hereditariæ dignitati eripitur, atque per infidias occiditur à fratre æmulo Baizete: quamobrem à non nullis inter Turcicos Imperatores minimè annumeratur. Vide ut supra.




C A R O L V S quintus, Ioannis Francorum Regis filius, patri in regno succedit anno mundi 5325. à Christo nato 1363. Hic sapiēs cognominatur ob morum probitatem, & egregiam regni administrationem: literas, & literatos coluit: Bibliorum libros sincerè transferri iussit: ius ex æquo ut diceretur in primis curavit, iudiciisq; frequenter adfuit. togatus omnino fuit, nec arma unquam induit: tantum loca Lutetiae vicina peragrans, longinqua & grauia negotia, & bella, per fratres ac præfectos suos administravit: per quos quicquid patri ab Anglis ablatum erat, id omne ferè recuperavit. ut bellis impensis sufficeret, ve eti gal sali, ac promercali vino imposuit. Aduersus Anglos exercitus quinque potentissimos habuit. Carolus quartus, Imperator ac Venceslaus filius Cæsar, in Franciæ veniunt, ut inter Anglos & Francos pacem componant: sed re infecta redeunt ob Regionæ, ac Isabellæ filiæ interitum. Lex Regis in Senatu promulgatur, ut Regum Franciæ filij anno 14. inungantur, & coronentur. Bæstildæ fundamēta iaciuntur Lutetiae, Regis sumptibus, obiit anno regni 16. in castro pulchritudinis ad saltum Vicenarum: sepultus ad D. Dionysium. Turlupini, qui se paupertatis societatem vocitabant, delentur. Ämyl.lib.9.

C A R O L V S sextus, Caroli quinti filius, adhuc adolescentes, in Regem Franciæ consecratur, anno mundi 5342. à Christo nato 1380. Hic Rex tres tantum Liliorum flores pro insigni Regum Franciæ gestare instituit. huic pater duodeuicies 100000. aureorum reliquit: initio tamē regni filij, magnæ fisci angustiæ fuerunt: huius adolescentia & crebra gubernantium mutatio, tantam viam pecunia dissiparat. Armeniæ Rex à Turcis pulsus in Franciam venit. Africum bellum conficitur. Regnat an. 42. ad D. Dionysium sepultus. Vide ut supra.



FRANCISCVS Petrarca, natione Hetruscus, vir doctissimus, Philosophus, Rhetor, & Poëta celeberrimus, literas velut intermortuas quasi ab inferis reuocauit: nec minus sancta conuersatione quam sciētia claruit, multa opera tam in lingua Latina, quam in sua vernacula conscripsit. Amore Christi & Philosophiae salutaris vitam solitariam elegit, in qua Philosopando, orando & scribendo perseuerans, moritur in Eremitorio suo agri Patauini, sub Carolo Imperatore huius nominis quarto, & Gregorio Papa huius nominis vndecimo, anno à mundo condito 5536. à Christo nato 1374. Videto Trithemium.

IOANNES Boccatius Florentinus itidem Poëta, Philosophus, & Astronomus eruditissimus, multa præclara volumina tum Latino, tum vulgari suo idiomate conscripsit. moritur statim post Petrarcam. Videto etiam Trithemium.



IO. GALEATIVS Vicecomes, Galeatij Mariæ filius, anno mundi 5333. à Christo nato 1371. postquam more patrum suorum, annos 17. Mediolani imperauerat, à Ladislao Cæsare, Dux Mediolani creatur. Ut autem à suis inciperet, Barnaba patruo occiso, opes eius & imperium occupauit. Hinc Veronam, Vicentiam, & Paduam subiugavit. ad Occidentem, Vercellas, Albam, atque Astam subegit. ad meridiem debellauit Aquas, Alexandriam, Tortonam, Bubbium, Placentiam, Parmam, Regium, Bononiam, Pisas, Massam, Senas, Grossetum, atque Clusium. & reuertens Perusium, Assisium, Noccam, Ciuitatem, Bellonam cepit & Feltrum: & (vt velut circulum absoluaret) Brixiam, Bergamum, Laudem, Cremnam, atque Cremam, subegit. Luncenses in ditionem accepit. tota ipsum Italia reformidauit. Ticini ædificauit arcem superbam, ad quartum verò lapidem, septum admodum ingens, ad feras omnis generis asseruandas, cum cænobio magnifico extruxit. fuit pulcher, doctus, & eloquens: sed impensis sagax. Tandem 55. ætatis anno, post 24. imperij obiit, relicta Valentina, Caroli Regis Franciæ postea vxore. Paul. Iouius, & Supplementum Chro.

IO. MARIA Vicecomes, adhuc parvulus, & sub materna custodia, anno Salutis 1402. feliciss. patri successit. Hic cum adoleuisset, multos innocentes occidit, & non paucos inimicos canibus viuos deuorandos tradidit. Piam matrem detruxit in carcerem, ibique eam sœuissimè mori coëgit. Verūm mox quasi Deo vindice, nudatus ampliss. bonis paternis, à domesticis, post decem annorum tyrannidem, in templo trucidatur. Paul. Iou. & Supplementum.



B A I A Z E T E S Turcarum Rex quartus , siue Pazaites , huius nominis primus , mortuo patre Amurathe Solimanum fratrem per insidias occidit , solusq; imperio potitur anno mundi 5335. à Christo nato 1373. Hic Marcum Bulgariæ principem prælio superatum trucidat , patris mortem ulturus : bonamque Bulgariæ partem debellat : neque ita multò post , crudelissimas in Hungaria , Albania , & Valachia excursiones fecit : Christianos quamplurimos ligatos in Thraciam duxit . In negotiis exequendis tanta usus est celeritate , vt Baiazetes Hildrin , id est cæli fulgur cognominaretur . Animi itaq; ac corporis detibus adiutus totam ferè Græciā subegit . Constantinopolim obsecdit annis 8. cuius Imperator in Galliam nauigat , auxilium imploraturus , quod & obtinet . Baiazetes autem Gallos , Hungaros , Germanos ac Seruanos , siue Myrios , semel ac strenue superat : atque ad obsidionem Constantinopolitanam reuertitur : neque villa ratione imperij caput illud seruari poterat , ni Tamberlanes , Orientalis Scythiar Rex , ei occurrisset , qui Baazerem ad Stellam montē , vbi cum Mithridate Pompeius pugnarat , vicit , catenisq; aureis ligatum , atque in ferream caueam detrusum , per totam Asiam ac Syriam circunduxit , donec etiam in fara concederet . Vide Egna.lib.3.Pau.Iouium , de re.Turc.

T A M B E R L A N E S Zagataiæ Orientalis Scythiar regionis , versus Parthiam ac Sogodianam princeps , peditum ac equitum infinita penè multitudine fretus , Turcarum 200000. vnico congressu cecidit , Regemque eorum Baazerem , vti dictum est , cepit , circa annum Domini 1397. Vide ut supra .



V E N C E S L A V S succedit Carolo patri Imperatori huī nominis quarto , imperatq; post eum anno mundi 5340. à Christo nato 1378. hic nec patri , nec aeo similis fuit : cum patre tamen annos 8. regnarat : tandem solus ignauissimè rem administrat annis 22. Cæterū à Sigismundo fratre captus est , móxque Electores ei imperium abrogant , in cuius locum Robertum Bauarum sufficiunt . Porrò Galeatus Vicecomes Mediolanensis bonam Italiae partem suo dominio adiicit , atque à Venceslao , pro Vicecomite , Dux Mediolanensis dicitur . tunc igitur in Ducatum eretus est primū Vicecomitatus Mediolanensis . Apud fratrem in carcere apoplexia obiit . Venceslaus . Blond.lib.10.deca.2.Egna.lib.3.

R O B E R T V S , qui & Rupertus , Bauariæ Dux , delecto Venceslao , imperat anno mundi 5362. à Christo nato 1400. Hic vt Florentinis gratum faceret , ad comprimentam Galeatij potentiam in Italiam traiicit : verū cum eo ad Benacum con gressus , facile repellitur : vnde mox ad Venetos deflexit : & incassum Florentinis admittētibus ne Italia exiret , in Germaniam retro abiit , paci , religionique vacaturus . Florentinos interim in magno relinquens discrimine . Obiit post annos ex quo impe rauit decem . Vide ut supra .





**C Y R I S C E L E B E S**, quem alij falsò Calapinum dicunt, Baizetis filius natu maximus, cù fratribus post patris cladem fugiens, Asiāque à Tamberlane spoliatus, & ad Imperatorem Constantinopolitanum pro singulari præda deductus, regièq; apud eum educatus, postea summa Imperatoris clementia solitus est: in Asiāque discedens, paternum imperium recuperat. Instauratis itaq; imperij viribus, aduentanti Sigismundo Hungariae Regi fortiter se opposuit, qui Salumbezenes campos occuparat, sperans vires non resumpturos Turcas post tantam à Tamberlane acceptam cladem: sed non magis sibi fauente fortuna quām, cùm ad Nicopolim pugnās cum Baizete, fauerat, fugere cogitut Sigismundus: cuius pedites ante sagittis cōfossi sunt, quām in phalangē dispositi cominus congregati cùm hoste potuerint: equites verò ad primum statim aduentantis hostis impetum terga verterunt. Victor Cyriscelebes cum Despotam bello laceffere inciperet, morbo præuentus in ipso ætatis flore obiit anno regni 6. Pau. Iouius de rebus Turcicis.

**O R C H A N E S** patri Cyriscelebæ, tenella adhuc ætate adolescentulus, ac vnicus imperij hæres, ad imperium cùm conareretur paucorum studio atque opera admitti, à Mose patruo interficitur. Moses statim dignum illo parricidio exitium tulit, à fratre Mahomete vita bonisque priuatus. Sunt qui hunc Mahometem, nulla prouersus facta de Cyriscelebe, Orchane, & Mose mentione, à morte Baizetis statim imperasse tradant: quare nullam hīc supputationis annorum rationem habuimus, sicuti nec Chronicci. Vide ut supra.



**M O S E S** Orchānem nepotem, cui erat patruus interfecit, ipse quoque à fratre Mahometo vicissim interfectus est. nec connumerātur ambo in serie Turcicorum Imperatorum, quòd paucis admodum diebus imperitarint. Vide Richerium de rebus Turcicis lib. i.

**M A H O M E T E S** huius nominis primus, Mustaphæ & Mosis, eius inquam qui Orchānem ex fratre nepotem è mediò sustulerat, frater, post Baizetem Turcis imperat anno mundi 5359. à Christo nato 1397. Sunt qui ea quæ de Cyriscelebe feruntur, huic vni tribuant. Is itaque Bulgaros & Valachos prædis & cladibus afflixit, tributūmque magnum imposuit. Arma deinde in Satrapas Asiæ vertit, loca omnia quæ Tamberlanes occupauerat récepit: nihil generis propinquitate commotus, Turcicæ nationis complures principes ex Galatia, Ponto & Cappadocia pulsos extirpauit: alias autem integros atque incolumes seruauit. Reuersus in Græciam, Adrianopolim, quæ caput est Thraciæ, sedis imperioriæ loco habuit, pulsis illinc Christianis. Obiit anno imperij sui 17. regni verò Caroli hoc nomine sexti Francorum Regis 35. Vide Richer.lib. i. & Cosm. Munst. lib. 4.

Nnn





SIGISMUNDVS, Hungariæ & Bohemiæ Rex, Venceslai frater, mortuo Alberto communi omnium assensu Imperator creator anno mundi 5372. à Christo nato 1410. Hic Imperatoriæ planè indolis, sapientia, eruditione, probitate ac liberalitate clarus, doctos fouit, ac dignitatibus ornauit. Attra-  
men ab Amurathé Turcarum principe graui prælio victus, ca-  
stris etiam exiuit. Hic per trienium magnam Europæ partem  
peragravit, quò schisma Christiano nomini calamitosissimum  
extirparet: quare effecit ut reiecit adulterinis tribus Pontifici-  
bus qui Barionæ sedem inuaserat, Oddo Columnius omnium  
consensu Pontifex declararetur, obiit Sigismundus nulla reli-  
cta virili prole, cum annos 27. imperasset. Vide Egna.li.3.

ALBERTVS Dux Austriacus, post Sigismundi obitum  
Imperator designatur anno mundi 5399. à Christo nato 1437.  
Hic Sigismundi gener cùm esset, post eius obitum hæres regno-  
rum Bohemiæ & Hungariæ factus est. Morauos ac Sarmatas in-  
tra suos fines quiescere compulit. Bohemiæ factiones compe-  
scuit: Amurathé Turcam, qui Hungariā inuaserat, fugauit: Syn-  
deroniam in dditionem accepit, inde in Græciam contendēs,  
Thessaloniam expugnauit. Austriam repetens, moritur anno  
imperij sui (pròl dura fata) secundo. Vide vt supra.



PHILIPPVS Maria, obtruncato Ioanne fratre supradicto, armis paternum Mediolanensem in quam ducatum repetit anno mundi 5379. à Christo nato 1417. Callidus hic in bello pacem, in pace bellū poscere visus est. Discendi auditus semper fuit, callidus, sagax, liberalis, in iniuriis relaxandis facillimus, statura procerus, vultu formidabilis, maturo consilio, arte, ac validissimis armis, tyrannos qui suæ ditionis ciuitates occuparant, è medio sustulit. Recuperauit Comum, Tricium, Bergamum, Brissiam, Placentiam, Laudem, Crémonam: quòque subegit. Io. Iacobus Montisferrati Marchio, veritus huius potentiam, Vercellas, Alexandriam. Astamque sponte Philippo restituit. Suo præterea dominio Genuam maritimam urbem potentissimam adiecit. Genuenses itaque subacti, ac eius subditi, Alphonsum Neapolii, & Io. Nauarræ Reges, & magnum magistrum S. Iacobi Compostellani fratres, cum aliis primoribus supra 100. & equitibus clarissimis ultra 200. prælio nauali ceperunt: quos ad se perductos humanissime excepit: ac multis donatis muniberis dimisit: cum illorum regnū ac ditionem totam sibi vindicare, aut occupare facile potuerit. Tandem foedissima libidine insaniuit, & mutata fortuna, nulla relicta virili prole, obiit ventris profluio anno salutis 1447. Vide Paul. Ioui. & Suppl. Chro. lib. 14.

BEATRICINA, antea Facini Canis vxor, iam vetula, nupsit prædicto Philippo, & numerauit dotē aurorū 400000. hanc postea vt suspectam interfecit. Deinde Mariam Amidei Sabaudiæ Ducis filiam in coniugem ductam, præuentus morte, intactam dimisit. Vide autores quos supra.



**A M V R A T H E S**, hoc nomine secundus, Mahometis supradicti filius, patri in Turcarum imperio succedit anno mundi 5378. à Christo nato 1414. Hic cognita patris morte, ex Asia in Thraciam cupiens traicere, Mustapham patrem cui Græci fauebant, auxiliūmque ferebant, fundit, ac delet. Primus pro tuttione corporis, Ianizaros, Christū ab negantes, instituit, quorum viribus & ipse, & qui ipsi successere, totum penè debellariunt Orientem. Is Hungariam, Bosinam, Albaniam, Valachiam & Græciam infestauit. Venetis Thessalonicam ademit. Ladislāum Pōloniæ Regem, & Iulianum Cardinalem, ac Huniadem vicit. Regnat annos 34. Vide Riche. lib. i. Paul. Iou. & Cosm. Munst. lib. 4.

**S G A N D E R B E G V S**, siue Scanderbechus, sic dictus à Turcis inter circuncidendum: antea enim vocabatur Georgius Castriotus, is inquit à patre, Epri atque Albaniæ, seu Macedonia; principe, datur obses Amurathi Turcarum Regi septimo: qui eum tandem post multa egregia facinora, expeditioni, quam aduersus Hungaros parabat, præficit: porrò ad hos cùm res malè Turci cederet, desciscit Scanderbegus, atque à secretatio Bassa literas ad Croiæ magistratus extorquet, in quibus nomine Amurathis, ciuitas ac præfectura sibi tradatur. sic Croiam patriam recipit circiter annum mundi 5409. à Christo nato 1447. Ceterum Amurathes Epirum cum ingenti exercitu repeatit: at Croia frustra per aliquot menses oppugnata, mœrore animi obiit. Vide ut supra. & Marinum Barletium lib. i.



**C A R O L V S** huius nominis septimus Francorum Rex, unicus Caroli sexti filius, patri in regno succedit anno mundi 5384. à Christo nato 1422. Tunc regnum Francicum turbulentissimum fuit, nam Anglorum Burgundionumque bello petitus Carolus, omnibus penè regni finibus amissis, ad Bituricenses se contulit, apud quos mansit: quare ab hoste Bituricensium Rex per iocum dictus est. Henricus sororis Caroli filius inter titulos, Angliae, Franciæq; Regem se scribebat: qui etiam Parisiis in Franciæ Regem coronatus est. Ioanna puella, armis instructa, militis subit munus: obcessos Aurelianenses iuuat, hostes cogit obsidionem soluere: per loca ab hostibus occupata Regem Carolum Remis consecrandum ducit, multaque in itinere vrbes recipit: tandem ab hostibus capta, Rothomagi exuritur. Lutetia Francorum Armis Angli pelluntur. Pragmatica sanctio in concilio Basiliensi ædita, à Rege probatur, & in Senatu Lutetiæ promulgatur. Vniuersam Normaniam Carolus recuperat: Angli expulsi, præter Calitium & vicina aliquot loca nil in Gallia possident. Delphinus secundò à patre deficit, aduersus quem pater bellum mouet, & spoliatum rebus omnibus, ne à quoquam excipiatur inhibet: porrò ad Burgundia Ducem ille profugit. Regnat Carolus an. 38. Vide Gaguin. li. 9. & 10. & Æmy. lib. 10.

**L V D O V I C V S** Caroli septimi filius, apud Burgundiones agens, nuntio paternæ mortis accepto, in Galliam cōfestim transiit, ac Francorum Rex creatur anno mundi 5422. à Christo nato 1460. Bellum geritur, bonum publicum, vulgo dictum, de quo fusissimè tractat Philippus Cominius, & syncerissimè: nam huic bello interfuit. Regat Ludo. an. 23.



**IOANNES**, Manuelis Palæologi filij, filius natu major, post mortem patris in imperio succedit Constantinopolitano, circiter annum mundi 5395. à Christo nato 1433. Paci hic ac concordiæ magis quàm bello studens, comitatus totius Græciæ comitibus, cùm sacris, tum profanis, atque Eugenij huius nominis quarti Pontificis autoritatem secutus, Ferrarensi, quod deinde Florentiam translatum est, concilio interfuit: suscep- túsque est ab Eugenio Imperatorum more: atque ex duabus, nempe Græcorum ac Latinorum Ecclesiis, vna facta est. Tunc à Græcis ac Latinis de processione Spiritus sancti damnatus est error. Reuersus Imperator, haud ita diu superuixit. Vide Egn. lib.2. & Cosmog. Munst. lib.4. Plati. & Volater.

**CONSTANTINVS**, septimus Manuelis filius, mortuo sine liberis fratre Ioanne supradicto, Constantinoli imperat, circiter annum mundi 5406. à Christo nato 1447. hic ab initio Peloponnesi Rex, Draconis cognomen inditum accepit, ob eam quam in Turcas exercebat ferocitatem. At verò à Mahometo Amurathis secundi filio capta Constantinoli, ipse Constantinus ad portam trepidus se recipiens, fugientium trepidatione oppressus obiit: cuius caput pilo affixum, toris castris ad ludibrium hostis gestauit: anno mundi 5414. à Christo nato 1452. Id mirum, atque in fatis quasi habendum, nempe quodd à Constantino Magno Helenæ filio Constantinopolis, vrbs Romæ semper æmula, condita aut instaurata sit, ac sub Constantino, qui eiusdem nominis matrem haberet, capta, Turcarumque iugo ad hanc diem sit subdita. Vide ut supra.




**CAROLVS**, Philippi Burgundiæ Ducis filius, patri suc- cedens, bellicosus ac strenuus, bellum gessit aduersus Ludo- uicum Francorum Regem, huius nominis undecimum, cum quo postea fœdere inito, in Leodienses bellum mouit, quos &c debellauit. Nouesum quod alij Nussiam vocant, agri Coloniensis oppidum, diu obsedit, hoc est annum integrum. Huc au tem maximè spectabat Carolus, vt imperio Diocesum Coloniensem adimeret: aduersus hunc expeditionem parat Fridericus Imperator: Tandem fœdus hac conditione ineunt, vt Maximilianus Friderici filius, Mariam Caroli Ducis filiam vni cam, in vxorem accipiat. Pugnauit Carolus semel atque ire- rum, infeliciter quidem, cum Heluetiis. Cæterum ad Nansen contra Argentinensium Heluetiorumque auxiliates copias di- micans, à Renato Lotaringo victus miserè occubuit, anno mundi 5437. à Christo nato 1475. Hic antequam pater more- retur, bellum etiam Gandauis intulerat. Vide Chron. Philippi Cominij, & rerum memorabilium Paraleipomena.

**BARTOLOMÆVS** Coglio siue Coleo, Bergoma, clari- ssima ortus familia, Dux exercitus Venetorum creatus est, atque à Carolo Duce Burgundionum supradicto, & Ioanne Andegauensi Duce, per priuilegia autentica in familiis eorum ascriptus. Hic bellicis artibus instructus, confilio item, pruden- tia, ac humanitate maximè pollebat: huius etiam aulæ ampli- tudo, pompa & gloria, omnium ferè principum aulas æquabat. Videto Supplementum Chronicorum lib.16.



**C A L I X T V S** Papa huius nominis secundus, in Pontificem eligitur post Gelasium huius nominis secundum, anno mundi 5080. à Christo nato 1118. fuit hic natione Burgundus, frater Ducis Burgundiæ, prius Archiepiscopus Viénensis, diuinarum scripturarum peritissimus, nec ab humanioribus literis abhorrens. Sanctum Iacobum Apostolum coluit: in cuius honorem Compostellanam ecclesiam in Archiepiscopatum erexit. Videto Trithemium. præfuit Ecclesiæ in summo Pontificatu annos ferè sex.

**P I V S**, huius nominis Papa secundus, creatur Pontifex anno mundi 5419. à Christo nato 1457. Hic Æneas Sylvius antea vocatus, natione Tuscus, patria Senensis, vir vnde cunque doctissimus, Philosophus, Orator, & Poëta insignis, multa doctrinæ ac ingenij sui monumenta posteris reliquit. In concilio Basiliensi Prælato cuidam minister fuit: deinde in Scribâ Cancelleriæ Friderici Imperatoris, huius nominis tertij, assumptus, & Poëta ab eo, Laurea recepta creatus, primò Episcopus, postea Cardinalis, tandem Papa omnium suffragio electus est. Obiit Anconæ, Friderico, huius nominis tertio, imperante. Videto vt supra. Pontificatum gesit annos sex.




**P A V L V S**, hoc nomine Papa secundus, Pio supradicto in Pontificatu successit, anno mundi 5425. à Christo nato 1463. Hic Petrus Barbarus antea dictus, Eugenij huius nominis quarti Pontificis ex sorore nepos, sedet annis ferè 7. corpore fuit amplio, & maiestatis Pontificiæ digno. Duo bella toto suo Pontificatu in Italia suscepit. Robertum Sigismundi Malatestæ filium aggressus est. Cæterum pauperum curam gessisse perhibetur, imperiosus tamen ac fastu plenus cum esset, odiosus omnibus fuit. Eius prima cura fuit, ut quæ victui essent necessaria, vrbi non deessent. Die quadam cum iucundissime cœnasset, apoplexia correptus obiit. Vide Chronicorum Supplémentum.

**S I X T V S** huius nominis Papa quartus in locum Pauli supradicti suffectus est, Pontificatumque obtinuit anno mundi 5432. à Christo nato 1470. Hic natione Ligur, ordinis Minorum generalis antea minister, sedet annis tredecim. Hic cum alioqui fuisse vita pientissimæ, ac in pauperes & religiosos munificentissimus, attamen suos nimis amauit, eis diuina & humana contribuens, id est ecclesiastica & temporalia bona, præter Dei & Romanæ Ecclesiæ dignitatem ac honestatem: & quædam bella iudicio multorum præter æquum suscepit: imprimis contra Laurentium Medicen, & Florentinos, quibus multa damna intulit: & contra Ferdinandum Apuliae Regem, dein contra Venetos. Tandem febre correptus, cum audisset fœdus iustum inter Venetos & reliquos principes, expirauit. Hic festa seraphici Francisci, conceptionis & præsentationis D. Mariæ, & S. Annæ & Ioseph celebrari iussit. Vide vt supra,



ALEXANDER Targinus de Imola, siue Imolensis, Lu-  
reconsultus doctissimus claruit temporibus Friderici Impera-  
toris huius nominis tertij, & Sixti Papæ, huius nominis quarti,  
de quibus supra mentionem fecimus. Hic Alexander, in vsum  
eorum qui iurisperitiæ operam dant aliquot libros conscripsit,  
quos nominatim descriptos habes apud Ioanné Trithemium.

ANDREAS Barbatius legum peritisimus, multa præ-  
clarainq; iure edidit opuscula, quorum nomenclaturam potes-  
etiam apud Trithemium legere.



FRIDERICVS Austriæ Dux, post Albertum imperat  
anno mundi 5401. à Christo nato 1439. hic pacis atque otij  
studiosissimus fuit: seditionem mouentes Austriacos facile  
compescuit. bellum à Matthia Pannoniæ inferioris Rege illa-  
tum, composuit: in Flandros mouēs, qui filium Maximilianum  
ceperant, & asseruabant, recepto filio paucorum pœna conten-  
tus, omnem discordiarum fomitem sustulit. Romæ vnâ cum  
vxore Heleonora, siue Leonora, Lusitani Regis filia, corona-  
tus, inde Neapolim ad Alphonsum vxoris necessarium ac san-  
guine cognatum, diuertit, à quo, & ab ipsis postea Venetis, sum  
mo honore, & apparatu excepitur. Iterum Romam voti reus pe-  
tit, priuati more, atque humili ueste indutus: quo voto damna-  
tus ad suos redit: & quiescente Germania, moritur anno impe-  
rij 53. Maximiliano prius Cæfare designato. Vide Baptistam  
Egnatium, Romanorum principum lib.3.


HELEONORA, siue Leonora, supradicta, Lusitanæ  
Regis filia, vxórque Friderici Imperatoris, Romæ cum marito  
Imperi corona insignitur anno mundi 5412. à Christo nato  
1450. Ex hac Maximilianum, qui postea imperat, sustulit Fri-  
dericus. Vide Egnatium ad calcem libri tertij, in Friderici Im-  
peratoris supradicti vita.





RENATVS Lotaringiae Dux, Apuliæ Regis ex filia nepos, à Venetis solicitatus spe regni Apuliæ obtinendi, quod sibi hæreditate materna debebatur, Venetias iuit. Fœdere cum Venetis percusso, in Ferrariensem agrum bellum mouet, atque urbis ipsius, Ferrariæ inquam, oppugnationem adgreditur. Verum ab Alphonso Aragonum Rege fortiter pulsus, cum exercitum viribus eneruari, ac se ob aëris intemperiem mala valitudine affici sentiret, inglorius in patriâ rediit, circiter annum à mundo condito 5404. à Christi nativitate 1442. hunc perhibent fuisse probitatis eximię principem, nec à maioribus degenerasse, qui verè pīj, & sincerae fidei cultores semper sunt habiti. Vide Suppl. Chronicorum lib. 16.

IOANNES, Calabriæ ac Lotaringiae Dux, primogenitus Siciliæ Regis filius, magnanimus, bellicosus, & æQUITATIS amansissimus extitit. Vide ut supra.



FRANCISCVS Sforza, Sforzæ à Cutiniola filius, Philippo Mariæ Vicecomitis gener, ab eodē adoptatus est, & angue, insigni familiæ donatus, anno salutis 1430. fœcero defuncto, proximo statim anno, ob singularem virtutem Mediolani principatum adeptus est. Hic Sforzæ cognomen à Sforza patre bellico traxit: qui humilis & abiectus, cum se militiæ tradidisset, per vim ab aliis quicquid cuperet extorquebat, sicque Sforzæ cognomen asscutus, ut propriū nomen semper postea habuit, & ad posteros cognomen trāsmisit. Hic per cunctos gradus, ad summum militiæ culmen conculcit. Contra Eugeniū Papam, contra Florentinos, Venetos, Mediolanenses, non semel vīctor, Guelforum, ac Gibellinorum nomen ferè è medio tulit, Italiæ vniuersæ propemodum factus terror. Composita cum Venetis pace, multæ Italie ciuitates eius exēpla secutæ, arma deposuere. Intus forisque pacatis omnibus, à fundamentis denuò erexit castrū Mediolani, quod Louis dicitur, à populo antea dirutum. Magnum illud hospitale, ægrotis recipiendis, ædificauit, quod regali censu ditauit, opus in orbe rarum. Ut diui Ambr. tēplum erigeret, multum auri expendit. Tandem verò hic tantus vir, adeò libidine exarsit, ut adolescentum flagitia superarit. rexit an. 16. obiit, sex filiis duabusque filiabus relictis, anno salutis 1466. Vide Suppl. lib. 15. & Archie. Antonium.

GALATEIVS Maria, Francisco Sforzæ patri defuncto, statim in Mediolani principatu succedit, pulsa matre quæ rem cum eo administrabat: multis hic se inquinauit flagitiis: quamobrem adulteriis, homicidiis, incestibus, sacrilegiisque pollutus anno administrationis 9. liberis 4. relictis, in æde Diui Stephani vulneribus est confossus. Vide Suppl. Chron.



M A H O M E T E S , hoc nomine secundus, Turcarū vero Rex octauus, Amurathi, etiam huius nominis secūdō, succedit anno mundi 5411. à Christo nato 1449. Hic regnum à parcidio ausplicatur, fratrem paruum, ne pater solus sepeliretur, opera Mosis interficit. Impiissimus nullum Deum credidit: Mahometem suum, Pseudoprophetam sui similem dixit: Prophetas ac Patriarchas risit, ac nugas duxit: huic tametsi impio, fuit aliquando fortuna. Nam magni cognomentum Othomannicę familię quæsiuit. Duo Christianorum imperia Constantinopolitanum & Trapezuntinum subuertit: regna 12. ademit: ducetas urbes Christianas cepit: Ipse colico dolore correptus, quanto demum die moritur, anno æratis 58. regni 31. Richer. lib. 1. Paul. Iou. Egna. lib. 2. Cosm. Munst. lib. 4.

B A I A Z E T E S hoc nomine secundus, Mahometis supradicti filius Ianizarorū opera Turcis imperat anno mundi 5442. à Christo nato 1480. Hic minorem fratrem Zizimum, quem primores Imperatorem exposcebat, vincit ac fugat: qui à Rhodi præfecto ad Carolum octauum in Galliam mittitur. Porro Baiazetes Caramanno fuso, quæcunque is cis & trans Taurum Turcis ademerat, recepit: Valachiam subegit: In Sultanum Ægyptium mouit: Sed is potentior, vtpote qui Mamaluchos, post Caramanni cædem fugitiuos exceperat, ac Arabum maximas copias ad sui tuitionem alebat, Baiazetē sèpe debilitat, ac profligat: postea Cerauniorum montium accolás subdit. Venetis Methonem, nunc Modonem, Nepathum, olim Naupactum, & Dyrrachium ademit. Ac omathem primogenitum decrepitus Baiazetes absentem in locū suum substituit: Sed, Ianizaris Zelimo suffragantibus, cogitur pater Zelimum pro Acomathe substituere. paulò post imperio deturbatus à filio Zelimo, ab eodem filio veneno necatur, anno regni 30. Vide ut supra.



S I G I S M V N D V S Malatesta Arimini princeps, Pandulphi Malatestæ filius spurius, bellicosus admodum, splendidus & liberalis fuisse perhibetur: interim tamen multis flagitiis inquinatus turpi nota nomen suum inussit: ideoque diris & armis Pontificum obnoxius fuit. Hic tres duxit vxores, primam Cri-mignolæ comitis filiam, quam mortuo patre repudiauit: cum tamen dotem ex ea amplissimam percepisset: Secundam Nicolai Estensis, Ferrariae principis filiam, generosam ac probam: hanc nihilominus paulò post veneno sustulit: tertiam Francisci Sfortiæ filiam, præclaram & modestam, quam tandem propriis etiam manibus, vt mensuram scelerum suorum impleret, apprehenso ac fortiter presso iugulo suffocauit. Vide Suppl. Chron. lib. 15.

R O B E R T V S Malatesta Sigismundi filius, etiam nothus, patri in principatu Ariminensi succedit, anno mundi 5428. à Christo nato 1466. Fuit hic moribus patri dissimilis, belli etiam artibus, & præclaris rebus gestis ornatisimus. pro Venetis, sub quorum stipendiis diu militauit, varia mortis pericula adiit. Cum Galeatio Mediolanensem Duce, & Florentinis suas coniunxit copias, & oppida omnia que Pontifex patri in Ariminensi agro ademerat recepit. Hic Alfonsum Calabriæ Ducem, alioqui fortissimum vicit, ac fugauit: quo in bello, præ ardore pugnæ nimio, in dysenteriam incidit, nec ita diu, hoc dolore correptus, superuixit. habuit in vxorem Elisabetam, Vrbini Ducis filiam. Vide ut supra.



I O. M A R I A , patre, ab Andrea à Lāpognano , interempto, à Senatu populōq; adhuc paruulus Mediolanensium Dux creatus est anno mundi 5438. à Christo nato 1476. Ronæ ipsius matri & consanguineis quibusdam, atque primoribus, regiminiis cura commissa. Hic inter viuendum ac moriendum infelissimus fuit. Nam tutores breui Bonam à gubernatione repelunt : & Ludouicus patruus atque tutor , arte & astu principatum inuadit, permittens adolescentem à virtutibus deflectere, & voluptatibus operam dare. Nec prius hic tantum suum malum aduertit, quām cūm morti esset vicinus, hausto iam veneno quod ei pararat patruus. Itaque hoc pæcto , cum annos 26. mensēsque 9. Ducebat nomine tantūm egisset , inglorius diem clausit extremum , Francisco Sforza secundo , filio relicto, ex Isabella Ferdinandi Neapolis Regis filia suscepto. Morti eius ac funebri pompa Christianissimus Carolus Galliæ Rex , qui Neapolim tunc petebat, interfuit. Vide Supplēt. lib. 16. & Archie. Antoni.

B O N A , Sabaudiæ Ducis filia , inter omnes Heroides laudissima, Galeatij Mariæ olim vxor, peperit illi quatuor liberos, duos mares, totidēmque fœmellas. Hæc Io. Gal. Mariæ filio adhuc paruulo tutrix à viro moriente relicta, parūm admodūm in administratione perseuerauit, à Ludouico Sforza, Mauro vocato, adolescentis patruo, & tute deturbata , ac in ordinem redacta. Vide autores quos supra.



F R A N C I S C U S Aretinus Jurisconsultus excellens multa scripsit studiosis mirum in modum utilia, super Digestā, Codicem, & Decretales. Scripsit etiam Consilia , de Differentia inter sentētiā interlocutoriam & definitiūam. Magnum nōmen adeptus est per vniuersitatem Italianam, presertim in florētibus Academiis, vt Pataui, Bononiæ, & aliis. Erat valde amatus à suis Discipulis, qui eum in quamvis Academiam migrantem, eitis studio incensi, semper sequebantur, vt in lute magis proficeret. Florebat anno salutis humanæ 1469. Vide Conradum Gesnerum , in sua Bibliotheca.

B A R T H O L O M E V S Cepolla Veronensis doctissimus Jurisconsultus fuit, numero celebriorū sui temporis ascriptus, maximè in practica Iuris, vt videre licet ex magno volumine ab eo conscripto & hoc titolo nominato, Cautelæ causatum Ciuilium. Scripsit etiam volumen consiliorum criminalium: Tractatum de seruitutibus: alium, De Aedilitio edicto, de Prædiis urbanis, De prædiis Rusticorum, Dere militari, De furtis, De Imperatore militum, De simulatis Contractibus, & plures alios, si per ius ciuale & criminale. Floruit anno salutis 1477. Vide Conradum Gesnerum , in sua Bibliotheca.

OO





MAR CILIV S Ficinus, Patria Florentinus diuinę Philosophię amore incēsus, Platonis vniuersum opus, maxima dilectia trāstulit. Erat corpore admodū pusillo, vixque semihominem æquare videbatur, sed tamen acuto ingenio erat prēdictus, & vtriusq; lingua admirabili facultate. Vnde Plotinū, Iamblicū, Synesium, & Psellum Platonicę sectæ nobiles authores, Latinos effecit, hortante Cosmo Medice, & suffragantibus his qui Cosmo successerunt, à quibus, multis numeribus sese adauertū & cumulate ornatū sensit. Fuit latus & ad tuēdā valetudinē exactus. Scripsit plures libros, qui feruntur Theologie naturalis lib. i. de intellectu & intelligentia lib. i. in conuiuū Platoni lib. i. Epistolarū lib. plures, de triplici vita lib. tres, Apologiā, in qua agitur de Medicina & Astrologia, quod ad sacerdotes pertineant: & de vita mudi, deque Magia & Magis, qui Christū statim natū salutārunt. Antidotū Epidemiorū & prēseruationē secūdē valetudinis, è Græco transtulit in Latinū, lib. Xenocriti Platonici, de morte, Speusippi Alcinoi, & Pythagorę opuscula traduxit, & multa alia. Claruit anno 1490. Tandem in Caregia na ipsius villa septuagenario prouectior febricula interiit.

ANGELVS. Politianus à iuuentute admirabilis ingenij nomen adeptus est, quū nouo, illustrique Poēmate Iuliani Medicis equestres ludos celebrasset, Luca Pulcio nobili Poēta omnī cōfessionē superato. Post editā Miscellaneorū cēturiā, publicatāq; Latina Poēmata, immatura mors eū oppressit, vix quā dragesimū quartū ætatis annū excedētē. Scripsit Epistolarū lib. 12. miscellaneorū cēturiā i. Transtulit in Latinā linguā Herodianū historicū, Enchiridion Epicteti, cum defensione ad Barthol. Scalam. Alexandri Aphrodisi, super nonnullis Physicis dubitationibus, solutionum libr. i. Plutarchi Chæronei amatorias narrationes: & multa alia, quæ excusa reperiuntur Lugduni apud Sebastianum Gryphium. Floruit circiter annum salutis humanæ 1483.



MICHAEL Angelus Florentinus Pictor maximē egregius, natus in Cōsentino, anno Christi 1474. matre nobili & patre Ludouico Leonardo Buonarruo ortus, quem quidē dicūt originē ducere è nobilissima & antiquissima familia Comitum ex Canossa. Hic Michael Angelus, puer, magnā de se parētibus & amicis expectationem dedit, quod semper videretur occupatus in his quæ ad picturæ industriā spectarent. Reuera pictor omnium non solum suę ætatis, sed & eorum qui præcesserant, & post fuerunt consummatissimus & perfectissimus extitit, & stupendas picturas tam scitè designauit, vt spectantium oculos in earum admirationē traheret. Vixit satis senex, eiusque mortui omnium pictorum numerus ingens, amici, populusque ferè omnis, prosequutus est exequias.

R A P H A E L Vrbinas pictor clarissimus, natus est in Vrbino ciuitate notissima in Italia, anno salutis humanæ 1483. Partem habuit nomine Ioannem, pictorem quoque eum sed non admodū excellentem, qui tamen optimo fuit ingenio, curauitque vt Raphael à matre ipsa lactaretur, non ignarus, quantum materna educatio liberis prodeßet, optimè temperata. Quam multis ingenij dotibus, hic vrbinas fuerit ornatus, non opus est hic pluribus recensere, nullus est enim qui non sciat eum diuinis illius superioris Michaëlis Angeli vestigiis infistentem, in picturæ arte fuisse excellentem, multōisque longo post se interuallo, reliquisse. Obiit anno ætatis suæ 37. si plura quis desideret, videat eius & superioris vitam Italico idiomate à Georgio Vasari Italo piætore eleganter scriptam in libro cui titulus, est, *Vite de pittori.*



**PICVS** Mirandula Phoenix appellabatur, quod in eum Dij superi supra familiæ claritatem omnis corporis, ac animi vel rarissima dona contulerint. Decorus fuit, moribus lectissimus, incomparabili facundia, qua omnes eius seculi sapientes in admirationem sui facilè conuertit. Astrologos insectatus est eo grauissimo opere, nec dum absoluto, quo totius divinationis vanitatem confutauit. Scripsit doctissimè de re Theologica, & Philosophia: huiusque opera sunt impressa Basileæ, uno volume. Excessit è vita, trium & triginta annorum iuuenis, eo die quo Carolus Galliæ Rex Octauus, Napolim est ingressus, anno salutis 1483. Nepotem habuit Franciscum Picum Mirandulam, virum doctissimum, qui interfactus fuit cum Alberto filio, & Galeotto fratribus filio.

**GEORGIVS** Agricola, insignis Medicus, propter eius magnam diuersamque eruditionem, dignus est ad primè qui eorum catalogo ascribatur, quorum memoria monumentis scriptisque est per celebris: quam ut magis decoreremus, eius figurā nō noluimus hīc inserere. Conscriptis quinque libros, de pōderibus & mēsuris quinque alias, de pōderibus & mēsuris Romanorū & Græcorū: duos, de pōderibus & mēsuris exterarū nationum: tres, de pretio metallorum & monetarum: vnum, de animalibus subterraneis: duodecim, de re metallica, in quibus ad amissim expressæ sunt imagines officiorum, instrumen torum, machinarum, omniumque aliarum rerum, quæ ad rem metallicam pertinent, lectu & memoria dignissimæ,



**INNOCENTIUS**, huius nominis Papa octauus, Pontificatum obtinet anno mundi 5445. à Christo nato 1483. Hic patria Genuensis, in rebus gerendis prudens, magnanimus ac constans, merito Innocentius dictus est, ob morum sanctitudinem, sed et annis octo. Pluribus de hoc Innocentio tractat Iacobus Philippus Bergoma, qui eum, dum Cardinalis esset Innocentius, nouit, & cum eo aliquando verba fecit. Vide Suppl. Chron. lib. 16.

**LAURENTIUS** Medices inter Florentiæ nobiles & primores facile primus (tametsi non Princeps) summa prudētia, ac singulari virtute, omnia suo arbitrio, in patria administravit. Angelus Politianus & Marsilius Ficinus, viri vnde cūq; doctissimi, huius alumnī fuere. Hic sapientissimus fuit, literarū, literatorūmq; amantissimus, in quo probitas, iustitia, atque fides domicilium elegisse visæ sunt. Præterea fortis etiā atque magnanimus cūm esset, pericula sæpe à suorum cœrūcibus bello propulsauit: nomen Thuscum ad barbaras gentes protulit, ampliata etiam ditione sua multis urbibus ac oppidis. Quinetiam huic Reges atque res publicæ, Sultanus denique ipse legatos & munera, tanquam alteri Octauio Cesari miserunt. Sixtus & Innocentius Pontifices hunc tanquam dilectissimum filium in pretio habuerunt. Hic in funere suo, ad aui Cosmæ exemplum, nullam peragi pompam mandauit, quod & obseruatum est. Videlicet ut suprà.



C A R O L V S , huius nominis octauus Frácorum Rex succedit patrì Ludouico, anno mundi 5445. à Christo nato 1483. annum ferè attingens 14. Hic bellum aduersus Britones mouit: ad fanum Albini insignem de Britannis, seu Britonibus victoriā reportauit, vix siquidē dimidia pars exercitus aduersa iorū superfuit. Rex religiosè nimis Hispano Regi Ruscinonis, & Perpiniani Comitatus reddidit. Regnum Neapolitanum recuperat, principibus & nobilibus militantibus suis sumptibus: Romæ à Papa Imperator Constantinopolitanus pronuntiatur. Alphonsus Portugalliae Rex, cum filio Ferdinando in Siciliam fugit. Neapolim cum pompa, & triumpho ingreditur Rex. Vniuersi Italiz principes & ciuitates coeunt ut obseffis itineribus Regem intercludat, qui nobilem & ingentem victoriā Fornuensem reportans (cùm tamen perquam modicas copias haberet) viator in Franciam rediit. Sed Neapolis ad Ferdinadū post annū defecit. Rex repentina morte obiit Ambœfia, nullis relietis liberis, anno regni 14. sepultus est in æde Diui Dionysij ad Parifios. Vixit annos ferè 27. porrò mortuus est, dum animi laxandi gratia ex ambulacro cum vxore pila ludentes aspicit. Vide Rober. Gaguin. lib. 10. & 11. & Paul. Aemyl. lib. 10. & vltimo. Latinè scire Carolum pater vetuerat, præter hoc vñū, Qui nescit simulare, nescit regnare. Collegium prostitutarum pœnitētium, hoc Rege, Lutetiaz instituitur: & conuentus trium ordinum in vrbe Turonum fit.

A N N A , Francisci Britaniæ Duci maior natu filia, patre mortuo nupsit Carolo octavo reconciliatis Britonibus, compulerisque liberos ex eo peperit, quibus tamen omnibus superuixit pater. Cæterū repudiata Margareta Maximiliani Imperatoris filia, Annam hanc, prius eidem Maximiliano per legatum nuptam, in vxore duxit Carolus octauus anno salutis 1489.



A L E X A N D E R , Papa huius nominis sextus, Pontifex creatur anno mundi 5453. à Christo nato 1491. Hic Calixti, huius nominis Papæ tertij, ex fratre nepos fuit, apud eum à puerō educatus, atque institutus. Hunc valde terruit Francorum Rex Carolus, huius nominis octauus, quē postea acceptis conditionib⁹ in vrbe exceptit, parauitque ei palatiū Diui Martini: ipse verò Pōtifex timidus in arcem se recipit vsque in proximū diē: subiungata itaque à Carolo Roma, Pāpa, licet iniuitus, eidem Carolo Turcarū Imperatoris fratre tradidit: atque Valentīnum Cardinalem filiū (vt aiunt) obſidē dedit, vrbēsque Neapolitanō regno proximas. Hic etiam Carolo Neapoli redeūti, frustra tetendit insidias, inito nouo fœdere cum Hispaniæ Rege, cum Venetis, ac cum Ludouico Sfortia, quorum ope fretus Regem Carolum in redditu intercludere tentabat Papa. Mortuo autem Carolo, pacem pepigit Papa cum Ludouico duodecimo, qui Carolo in regno Franciæ successit: sedit Alexander hic, annis vndecim. Vide Supple. Chro. lib. 15.

CÆS. Borgia, dictus Valentinus, Alexadri supradicti filius, Flaminiam prouinciam, & Vmbriam sibi subiecit: verū ciues, principis qui fugatus erat, amantissimi, eum hoc Valentino exacto, reuocarunt: hæc sub mortem Alexandri patris eius acta sunt. Videto vt suprà. Hic relicto Cardinalio pileo, galeam assumpit.

Ooo 4





M A X I M I L I A N V S , Friderici Imperatoris huius nominis tertij filius , post patrem solus imperat anno mudi 5454, à Christo nato 1492. Hic antequam imperaret, exercitum in Flandriam duxit, & Mariam Burgundam in vxorem accepit: nec multò pòst cum Ludouico Fracorum Rege, huius nominis vndecimo , graui prælio propter principatum Burgundiæ con-greditur, postea cum eo in annos 7. inducias facit. Austriam, quam Mattheias Hungariæ Rex occuparat, Maximilianus recuperat. Priore vxore defuncta , Blancam Mariam Galeatij Insu-briæ Ducis filiam, vxo em duxit: Burgudiam statim inuasit, va-riè pugnatum est, tandemque pax inita. Sfortia Mediolanū re-cipit, Gallis pulsi, quos dum insequitur, incautus capit, & in Galliam ducitur, anno Domini 1500. Imperauit Maximilianus annos 27. literas , & literatos coluit, profitebatūque eos se in precio habere qui aliis præstarent. Vide Baptistam Egnatium li. Romanorum principum tertio, & Paul. Aemy. in Ludouico supradicto: item Chro. Reg. Franc. & Chro. Carion. li. 3.

M A R I A , Caroli Burgundiæ Ducis filia vnica, Maximi-liano antequam imperaret nupsit: ac post annos quinque, reli-ctis Philippo & Margareta liberis, ex equo decidēs, fracta cer-uice, obiit anno mundi 5443. à Christo nato 1481. Vide ut suprà.



I A S O N Maynus, nobilis Mediolanensis Patricius , abso-lutissimus Iurisconsultus, ac orator facundissimus, Eques aura-tus, & Ducalis Senator , claruit tēporibus Friderici & Maximi-liani, Imperatorū, apud quos legationes obiit nomine Ludoui-ci Sfortiæ Mediolanensem Ducis: atq; legationis munere egre-giè defunctus, ab iisdem dona varia cum summis priuilegiis re-portauit. Hic intra Oratores ab omnibus Christianis principi-bus ad Alexandrum sextū hoc nomine Papam missis, dū Pon-tificatum auspicaretur, palmam facilè retulit: facundia, necnon interīm facetiis ornatus fuit. Papię, Pisę, ac Paduę ius interpre-tarū est annis 50. ex omnibus Europę finibus clarissimos ac no-bilissimos alliciens auditores: tanti enim erat nominis, tātāque scientia percelebris , vt in eius commendationem Ludouicus Cerrus medicus ac Poëta clarissimus, sic cecinerit:

*Te quondam in terris hominem nouerē priores,  
Dum leges aperis , scitāque docta patrum:  
At nunc, more Deūm, cūm des responsi petenti,  
Es Deus , oraci Numen ad instar habens.*

In Iure complures libros edidit. Orationes habuit ad Pōfices, & ad Imperatores supradictos: Ceterū feliciter obiit anno etatis 84. Vide Supplem. Chro. lib. 16.

B A R T O L O M Ā E V S Socinus Senensis, domini Maria-ni legum interpretis celeberrimi filius , Iurisconsultus eximius inter legum interpretes in Hettruria extitit: doctrina siquidem & ingenio plurimum valuisse testantur adhuc plurima eius con-filia quæ extāt. Claruit eodem tempore quo Iason supradictus. Videto Supplem. Chro. lib. 16.



LUDOVICVS Sforzia, cognomento Maurus, Franc. Sfor. filius, tutor nepoti Ioanni Galeatio à Senatu vnà cum Bonā adolescentis matre, atque aliis primoribus datus est. Fuit ingenio astuto ac callido: Bonam, tutorēsque alios à principatu itatim deturbauit: adolescentem principem ut genio indulgeret permisit: ne administrationi intenderet, dum voluptatibus ac deliciis irretitur: id etiā fortè eo astu fecit, vt inuisum iuuenem populo redderet. Porrò cùm adoleuisset Galeatius, atque administrationi esset idoneus, veneno eum præuenit Ludouicus: arripuitque principatum, & in suam etiam sententiā arte vel maxima Senatū ac primates traxit, omniumque suffragia fibi comparauit. Ducem itaque aut potius tyrānum, enecato adolescentē annis 5. egit, ac mensibus 6. Quare ab exercitu Gallorū teritus, in Germaniam aufugit: ac post annum reuersus, & cū aliquot Heluetiorum copiis per Nouarram Mediolanum petens, an. D. 1500. à suis proditus est, atque à Gallis captus, in Galliam perductus est, vbi quasi scelerum pœnas luens, priuatus & vincetus interiit. Vide Pau. Iou. Supplem. Chro. lib. 16.

MAXIMILIANS Sforzia Ludouici prædicti filius, in Flādria cum Frācisco fratre educatus, post varias rerū mutaciones circa principatū suū, à Carolo quinto tandem reuocatus, Mediolano præficitur, eo nomine ut Imperatoris res agat, ac pecuniā ei corrada. Verū huic fatale fuit, fortè ob scelera paterna, priuatum ac extorrem viuere. Nā vix principatū, ac naturale solū attigerat, cùm à Francisco Valeſio, qui ius suū armis repetebat, Mediolanū vnā cum Maximiliano capitur, an. D. 1515. attamen tanquam ab humaniss. & Christianiss. Rege, ac cōanguineo, datur illi pēsio annua 36000. aureorum: facta potestate ut liberam in Francia vitam ducat: in qua etiam obiit, princeps alioqui non contempnendus. Vide ut supra.



PHILIBERTVS Sabaudiæ Dux octauus, succedit patri Philippo anno mundi 5457. à Christo nato 1495. Hic pie-tatem summopere coluit, magnanimus, speciosissimus, atque omnibus acceptissimus fuit, pulcher etiam ob elegatiā cognominatus. Margareta coniugem accepit, quam ex Maria Caroli Burgūdię Ducis filia suscepserat Maximilianus, obiit multa commendatione dignus, nullis interim relictis liberis: quare ei Carolus frater successit. Vide Allobrogum, siue Sabaudiæ Chro.

MARGARETA Imperatoris Maximiliani filia, ut dictum est, ac Philiberti supradicti reicta, animum pudicum atque amorem erga virum castissimum testata est, tum quod nullum superinduxerit coniugem, vitā perpetuā cōlibem ac laudatissimam ducēs: tum quod in vrbe quam vulgo Burgum in Bressia vocat, templū nobile ac celebratissimum extruxerit, quod inter Europæ nuper structa ædificia, tanquā opus rarum ac percerle prædicatur: nec id quidem ob templi amplitudinem, sed potius ob artis ornamenta ac splendorem, vt omnium consipientium oculos in admirationem trahat. Verūm ædificij decus ac splendorem longè superat sepulchrū candidissimo marmoreo extructum: vbi exat amantissimi coniugis effigies ad viuum expressa: in quod signum quicquid ars sculpendi vñquam valuit, contulisse, ac deprompsisse videtur: hæc Ducis effigies hinc & inde habet duarum Margaretarum marmorea simula-chra ad viuum etiam formata: nempe Margaretæ vxoris prædictæ, & Margaretæ alterius, quæ Ducis mater extitit. Vide ut supra.



M A R C V S Antonius Coccius Sabellicus ad vicum Varionis in via Valeria iuxta Anienem. Fabro ferrario patre gentus, ingentem vim attulit ad perdiscendas literas: tamque citò in his profecit, ut plane imberbis apud Tiburtes dum aperiret. In de collecta mercede, & togula cœrulea excultus nobilioris doctrinæ cupiditate in urbem ad Pomponium se contulit, à quo uberrimi ingenij merito, in collegium sodalium solemní ceremonia coaptatus, Sabellici cognomen tulit, mutabat enim nomen qui in Quirinali sacra lauro coronabatur. Euocatus fuit à senatu Veneto ea conditione ut ciuitatis res gestas à fine Iustiniiani conscriberet, & trecentis aureis in gymnasio profiteretur. In hoc munere perutilem iuuentuti operā præstítit, & scribendo ad septuagesimū fermè annum peruenit, lue venerea consumptus. Scripsit de se viuens & in columnis hoc elogium, quod sepulchro insculperetur.

*Quem non res hominum, non omnis ceperat ætas,  
Scribentem capit hac Coccion urna brevis.*

Floruit circiter annum salutis humanæ 1498.

A N T O N I V S Nebrissensis, post Punicum nomē, virtute Ferdinadi Regis, Hispania pulsus, ingenij acumine claruit, cū illud regnum, per mille amplius annos, Vandalicis, Punicisque armis occupantibus, Latinarum literarum splendore caruisset. Iste fuit par antiquis Græmaticis, si par fortuna seculi ei respondisset. Multa scripsit, & docendo iuuentutem, multorum animos, ad antiquum decus literarum. vehementer erexit, vtriusque vel etiam triclicis linguae cognitione clarus. Fatis cœsifit repentina paralyſi, quum ad septuagesimum ætatis annum peruenisset.



H I E R O N Y M V S Sauonarola Ferrarensis ex ordine diui Dominici cucullatus, usque adeo austera vitæ disciplina, ac eruditio subtilique ingenio, & in sacris concionibus admirabilis facundia valuit, ut populum instauradis religionibus deditum, & tū nouo receptæ libertatis gaudio gestiente, quod vellet facile impelleret, priuatisque familiariū, ac ipsis quoque summi magistratus cōfilijs misceretur. Scripsit quadragesimale vnū lib. i. super Psalmos poenitentiales cōmentū: super prophetas multos cōmētatus est. Prophetiā quoque emisit, qua multa de hoc nostro æuo, regnorūque cōmorione prædixit. Alia quoque multa scripsit. Futura prædicere, veluti diuino ad flatū numine credebant: sed ambitione non caruit & capitale iudicium de suspeçtis nobilissimis septem ciuibus, seu sententia præcipitauit: unde, cū mores Alexandri summi Pontificis acerbè reprehēderet, sacrosanctam potestatem in dubiu deuocauit: tandem reus maiestatis, deposito Pontifice, cōprehensus miserabili supplicio affectus est, anno salutis humanæ 1499.

T H O M A S Morus, natione Anglus vir doctus & clarus, Cantuariensis Archiepiscopus, exilio priuatus rege Angliae damnatus, propter capitali supplicio affectus fuit circa annū salutis, 1535. quod furentis regis Henrici octaui (qui eū paulò ante ad summos honores extulerat, tanquam virtutis eximiaz admirator) nefariæ libidini, adulari noluisset. Iani vitalis de eo extat epitaphium quod sequitur.

*Dum Morus immerita submittit colla securi,  
Et fluit occasum, pignora chara suum,  
Immo, ait, infandi vitam deflete tyranni,  
Non moritur, facinus qui graue, morte fugit.*

Hic clarus literarum Græcarum & Latinarum cognitione, Dialogos aliquot Luciani transtulit. Fecit Vtopiam, & multa egregia epigrammata scripsit.



**P H I L I P P V S** Archidux Austriæ, Maximiliani filius, ex Maria, vniça Caroli Burgundiæ Ducis filia, vxorē duxit Ioānam, vnicā Ferdinādi Arragonū Regis filiā. Cuius nomine, post mortem Isabellæ socrus suæ, classe in Hispaniam profectus, Castellæ regnum hæreditario iure obtinuit. Post hæc ad cōpescendum vetus inter Brabantos & Sicambros bellum, anno 1505. in Flandriam reuersus, multas Gueldriæ vrbes partim vi expugnauit, partim ad dēditionem cōpulit: ducémque ipsum nomine Carolum pueritiam vixdum egressum, captiuum abduxit, vñaque cum liberis suis in aula sua liberaliter educauit. Flādriæ & Arteſia comitatus Ludouico duodecimo iure feudi acceptos retulit: idque Atrebatii, delegatis ad id munus Guidone à Rupeſorti, Galliæ Cancellario, & Ludouico à Lutzemburgo Ligniaci Comite. Rebūsque ita compositis, cūm denuo instructa classe in Hispaniam contenderet, vi tempeſtatis in Angliæ littus eiecius, ab Henrico Septimo Anglorum Rege ſummo honore eſt exceptus: ita tamen vt exitus ei non patuerit, donec Suffortij ducem qui ex Albē rosæ familiæ proximus Angliæ hēres eſſe putabatur, quémque Henrici metu patria profugum in Sicambria receperat, Anglo tradidiffet. Post hæc in Hispaniam profectus, non multò pōst ſupremum diem obiit, anno à Christo nato 1506. die 27. Septembris, etatis 28. Vide Genealogiam Imperatorum, & Chronica Chronicorum.

**I O A N N A** Ferdinandi Hispaniæ Regis & Elisabetæ filia, vxor fuit Philippi ſupradicti, quæ peperit ei Carolum quintum Romanorum Imperatorem, & Ferdinādum Bohemię ac Hungarię Regem, filios: & filias Leonoram, Isabellam, Mariam & Catharinam, Reginas Lufitanie, Gallie, Daniæ & Hungarie. Vide ut supra, & Paralip. rerum memorabil.



**L U D O V I C V S** duodecimus Carolo octauo in regno Franciæ ſuccedit anno domini 1497. atque ann. 1499. duci- bus Io. lac. Triuultio & Albiniaco, expeditionem in Inſubriam fecit. Hic cūm Alexandriam ac Papiam cepiſſent, timore perculſus Ludouicus Sfortia, in Germaniam ſeſe proripuit, Mediolanum illis tanquam bolum relinquens: hoc nuntio accepto Rex in Italiam penetrat, atque ouans Mediolanum ingreditur: inde exiens præfectum reliquit Triuultium. Porro Sfortia è Germaniā rediēs, Mediolanum recipit: ſtatimque armis Fracīcīs egredi cogitur: itaque Nouarram ſe confert, vbi à Francis capitūr. Anno 1502. regno Rex potitur Neapolitanō, Duce Albiniaco: Fridericus regnū priūs occupans, cum vxore ac filio in Galliam captiuus dicitur. Bononiam Rex à Bentiuolo occupatam, Pape reddit. Præterea ad Aignadellum inſignem de Venetiis reportat victoriam, capto etiam Bartolomeo d'Aluiano copiis Venetiis præfecto, quem in Galliam perduxit: omnem ditionē quę tum Pape, tum Mediolanēſi Ducatui adempta fuerat, recuperauit: quę ad Pontificem ſpectabant, ei reddidit. Tandem ann. 1512. Venetos, Hispanos, Papalēſq; ad Rauēnam debellauit. Hęc viſtoria maximū principum numerū captiuorū illi cum Rauen- na vrbe tradidit. Obiit anno Regni 17. Vide Chro. Reg. Fran.

**A N N A**, Caroli octaui relīcta, nupsit Ludouico duodeci- mo, ex quo ſuscēpit Claudiam, quę data eſt ih vxorem Franci- ſco Valesio, tunc Angolismenium Duci: & Renatam, Ferrarie Duci nunc vxorem. Vide ut ſupra.



**I O A N N E S.** Iacobus Triuulsius Mediolanensis, Franciæ Mareschalus seu Tribunus, ac præfetus militum Frâciæ in Itâlia, deuicta Alexâdria Ludouicum Sfortiam Mediolano expulit, ac deinde Nouarra: quam obrem à Frâcorum Rege cui erat addic̄tissimus, Mediolano præficitur anno Domini 1499. Postea Lugdunum Galliæ rexit, ybi diligētissimè, atque accuratissimè præfuit anno Domini 1514. Ceterum Carnuti obiit non sine omnium planctu, ob synceram eius administrationem, anno etatis 80. iussitque corpus suum Mediolani sepeliendum deferri.

**T H E O D O R V S.** Triuulsius Mareschilus Picichitonii, præfetus militum Regis Neapolitani, deinde Dux exercitus Venetorum ac Florentinorum, postea Eques ordinis à Francisco Valeſio creatus, Mediolano præficitur: tandemq; Mareschalus, siue Tribunus militum ab eodem designatus, Lugduni præfuit: ybi summa fide, ac vigilanția re administrata, eodē quo natus fuerat die obiit septuagenario maior, anno à Christo nato 1533.



**P I V S** Papa huius nominis tertius, Pontifex creatur anno mundi 5464. à Christo nato 1502. hic natione Hetruscus, Senis oriundus, Pij secundi ex Laodamia sorore nepos, ingenio ac litteris claruit, laboris & incendiæ patientissimus fuit. Sed Pij auunculi exemplo in Gallos cōiurauit, quod ægrè ferret Apuliam & non modicam Italiæ partem eos subegisse: obiit mense i. quo in Alexandri Pontificis locum suffectus fuerat. Vide Platinam.

**I V L I V S** Papa huius nominis secundus, eodem anno Pontificatum obtinet quo Papa Pius supradictus, cui successit. Fuit hic patria Sauonensis, quæ vrbs est Genuę subdita, parentibus natus obscuris, verūm cū fortunę beneficio, tū sua industria ad Pontificatum euectus est: acri & versuto ingenio fuit, animoque minimè abiecto. Patrimonium Petri nemo animosius tutatus est, neque callidius quisquam amplificare instituit. Gallis sub initium Pontificatus fuit: quare à Ludouico duodecimo adiutus, Bononiam Ioanni Bentiuolo eripuit: ingratum tamen Gallis postea se præstítit. Rauennam à Venetis occupatam obsessit, ac expugnauit: Seruiam, Imolam, Fauentiam, Foroliuum à Veneris quoque eripuit, atque alia non pauca loca: fuit equidem vt laborum patientissimus, sic iniuriarum impatientissimus, ac animo iracundo, quod vitium etiam generosissimos vrget ac rapit. Sedit annis 10. Vide vt suprà.

Ppp



PHILIPPVS Decius Mediolanensis, Iureconsultus in professione humani, diuinique præsertim iuris floruit, Mayni Iasonis æmulus, ac ætate simul æqualis, sed qui docendo & scribendo, in omnibus Italæ gymnasii superior censeretur. Enarrabat enim subtilissimè & omniū acerrimè disputabat. A Pisis, vbi vxorem duxerat, Ticinum à Gallo præside optimis stipendiis euocatus, vnde belli violentia egressus, maximo incommmodo accepto ab hostibus, qui domum eius, in expugnatione vrbis diripuerant, in Galliam fugit, & apud Bituriges sese recepit: vbi Ius diuinum edocuit per duos fermè annos. Et cum reuersus esset in Italiam, Senenses eum conduxerunt, apud quos, octogenario maior, interiit, postquam vnica eius filia Senensa patritio nupsisset. Reliquit in vtroque iure scripta doctissima, & præterea Consiliorum lib. 4. Lecturas eius super Decretales & super ff. & Cod. Comm̄tarium de Regulis iuris, impressum Lugduni apud Paganum. Citantur ab eo scripta Consiliorum, volumina 4. repetition. in 1. ff. vet. de rei venditione. Item alibi Commentarios, super prima & secunda ff. vet. & prima & 2. Codicis. Claruit anno 1535. quo etiam Senis mortuus est. Vide librum, de vita Iurisconsultorum.

HIERONYMVS Buticella Patauinus, vir doctus in Iuris professione, scripsit vnum volumen de Repetitionibus, plurimæque leæturas in Digesta & Codicē, quarum quidem pars in lucem edita est, alia minimè. Docuit Ius cum maxima grauitate & celebritate, Patauij & Papiae, & in aliis celeberrimis Italæ Academiis, ita ut ex eius schola, doctissimi adolescentes prodierint. Florebat anno salutis humanæ 1504. Vide Conradum Gesnerum, & librum de vita Iurisconsultorum.



LEO Papa huius nominis decimus, in demortui supradicti Julij locum sufficitus est anno mundi 1574 à Christo nato 1512. Hic non ob scuro loco natus (nempe ex clarissima apud Florentinos Medicum:do mo) educatus liberaliter fuit, bonisq; à prima ætate literis institutus: præceptoribus usus cū aliis, tum maximè Angelo Politiano:quē Medices familia, sicut & alios complures eruditos, indulgentissimè fouit. Fuit itaque Leo vt natura, ita disciplina ac consuetudine mansuetus. Doctos amat, nimirum ipse eleganter doctus. Ducebat Vrbinatem, quandam ob causam, Ducatu priuauit, atque in eius locum, quem habebat ex fratre nepotem, Laurentium Reginæ Francorum parentem substituit. In Ducebat Ferrariensem idem tentauit, sed frustrà. Sedit annos 9. Vide Platinam.

ADRIANVS huius nominis Papa sextus, Caroli, qui etiā nunc imperat, olim præceptor, Leoni prædicto absens substituit anno mundi 1583, à Christo nato 1521. Hic summus Theologus doctrinam & grauitatem blanda quadam morum grauitate cōdiit: ut eius scripta testatur: cuius vita cum frugalis esset, parum placuit Romanis non paucis. In conferendis sacerdotiis perquam parcus fuit: quod nullis ea nisi idoneis & doctis dāda iudicaret: fuit natione Teutho, è Traiecto, inferioris Germanic ciuitate. Pontificem egit annum unum. Vide vt supra.



FRANCISCVS Valeſius, defuncto Ludouico huius nominis duodecimo, nulla relicta prole masculine, ut sanguine propior in Regem inungitur anno mundi 5476. à Christo nato 1514. Hic Mediolanum statim recuperat. Ducē Maximilianum Sfortiam capit: de Heluetiis victoriam reportat insignem. Post hæc in Flandriam Imperatorem Carolum quintum fugat anno Domini 1521. Hisdinum eodem anno Borbonio Duce expugnatur, cuius arx tormentis bellicis per aliquot dies concussa, in ditionem regiā venit. Anno sequente Fōtarabia, in confinio Hispaniæ capitur, ac præſidio munitur, postea Angli cum Cæſarianis Hisdinensem arcem duobus mensibus fruſtrā obſident: extreſāmque Picardię oram latè populātur. At verò, post annum vnum atque alterum, dum Papiam obſidet Franciscus Valeſius, ſubiugata iam tota ferè Lombardia, à transfugis, qui fidem Imperatori dederant (ò ſortem iniquā, ac in re bellica, ſi uſquam alibi dominatē!) in ipſo pugnæ calore, fortiter ſe gerēs ac dimicās, nihilominus capitur, mēſe Februario anni à Christo nato 1524. fœdus tādem initur apud Cameracum, illuſtrium ac prudētissimarum Heroinarum Gallicarum opera, anno à Christo nato 1529. videlicet inter Franciscum Valeſium, Carolum Imperatorē, & Papā Clemētem 7. Vide to Chro. Reg. Fran. Ioānem Cario. li. 3. & Paralipomena rerum memorabilium.

CLAVDIA, maior natu filia Ludouici, huius nominis duodecimi, Francorum Regis, mense Maio anni mundi 5475. & à Christo nato 1513. Franciſco Valeſio, qui paulò pōſt regnat, nupsit: erat tunc temporis Franciscus ille Valeſius Angolimorum Dux: qui ex ea complures liberos ſuſtulit: inter quos præcipui duo ſuperſtitiosi hodie ſunt, nempe Henricus Francorum Rex nobilissimus ac potētissimus, & Margareta eiusforor illuſtrissima ſimul ac pientissima. Vide vt ſupra.



CAROLVS quintus, Philippi Austriæ Archiducis filius, poſt auum Maximilianum imperat anno mundi 5481. à Christo nato 1519. poſtea Bononiæ à Clemente Pontifice imperiali diadematè coronatus est anno D. 1529. porrò anno ſequente ingentem exercitum per Germaniam in Hūgariā duxit aduersus Turcam Viennā obſidentē. Inde victoriam reportans in Hispaniam rediit. Anno autem 1535. in Tūnetim expeditionē paſrans, quæ olim Carthago erat, eam Solimano Turcæ extorquet: Gouletā arcē expugnat: regnūque Tunitū totū recipit, & Regē Altzachenū antē pulsū reſtituit, multis Christianis captiuis liberatis. Frāci bis tētauſit, ſed Frāci milites validiſſimiſ armis eius impetu forti animo ſuſtinuerē. Semel in Francia tanquā amicus ſummo appetu exceptus eſt, ex Hispania in Flādriā per Galliā iter ſibi faciēs. At enim an. 1543. cū potentissimo exercitu Germaniā tandē ingressus, eam ferè totā in ſuā vertit ſententiā, captis etiā aliquot Germanorū Ducibus ac primoribus: à quibus atq; ab urbibus Germaniæ olim liberis, ingētē auri vim corraſit. Anno verò 1551. in Africā Libyę ciuitatē exercitū traiecit, principe Doria præfecto, quam feliciter expugnauit, ſolutis nō paucaſ captiuiſ Christianiſ. An. 1552. Conſederatis aliquot Germanorū Principib⁹ cū Henrico Christianiſ. Francorū Rege, ea gratia vt eos ab Imperatoris iugo excuteret, pedem in Villa- cū Carolus quaſi coactus retulit: ſed intra paucos dies re cū aliquot Germaniſ primoribus cōpoſita, cōparato maximo Germanorū exercitu, ipſe Mediomaticū, vrbē prius ab Hērico Rege captam, ac Francicis armis munitam obſedit: vbi nouercam fortunam expertus, obſidiōnem ſoluere cogit, cum non modica ſuorum ſtrage ac damno, partim ob temporis inclemētiam, partim ob Francorum robur ac vigilantiam.

ISABELLA Portugaliæ Regis filia, Caroli prædicti vxor peperit ei liberos quatuor, atque in partu ultimo emoritur.



CAROLVS Ruinus, Regiensis Iurisconsultus inter alios celebris & magni nominis, qui ius Bononię docuit, tanto iudicio, ut e qualem aliis doctioribus Iuris professoribus, gloriā comparauerit. Inde fuit in obeundo munere, & priores discipulos habuit, à quibus & amatus est & summè reueritus. Scripsit super prima & secunda Digesti noui. Item Consiliorum volumina quinque impressa Venetiis & Lugduni. Floruit anno reparatę salutis humanę 1520. Vide Conradum Gesnerum, & librum, De vita Iurisconsultorum.

FRANCISCVS Curtius Iurisconsultus clarissimus extitit, qui de iure itidem multa scripsit ad communem eorum utilitatem qui legibus dant operam. Scripsit super C. in tit. de iura calumnię. Fecit additiones ad Practicam Ioannis Petri de Ferrariis. De moneta super 2. ff. veteris, si certum petatur, l. cum quid. Super 1. C. de prohib. seq. pecun. lege prima, Quoties. De sequestris. De testibus. Consiliorum volumen vnum. Et plurima alia usui forensi accommodata. Franciscus Curtius Iunior, Papiensis ius etiam professus est, ut scriptis declarauit plurimis. Scripsit enim super 1. & 2. ff. veteris. De feudis. Consiliorum volumen. &c. Florebat anno. 1533. Vide Conradum Gesnerum, in sua Bibliotheca, & librum, De vita Iurisconsultorum.



ERASMV S Roterdamus, maximo honore, propter multiplicem eruditionem extollendus videtur: superauit enim omnes suę etatis, ingenij fertilitate, scriptores. Is ab adolescentia, religiosa voluntate motus, ad cucullatos sacerdotes se contulit, quod humana despiceret: sed paulo post vestem cucullatorum depositus, & septa ordinis pertransiit, ut ad excolendum ingenium planè liber, per omnia Europę gymnasia vagaretur. Contendebat enim ingenti cura, ad summę glorie fastigii ad quod literarum omnium cognitione, perueniri posse intelligebat, ut peruenit, quemadmodū eius infinita scripta tam humana quam diuina testantur, quę sigillatim recensere non opus est, cū eoru titulos vix hęc pagina capere posset. Obiit apud Heluetios Basileę, septuagesimum excedens etatis annum, quum Carolus Cesar in Provinciam irrumpens, ad aquas Sextias, Francisco Galliarum Regi graue bellum intulisset.

GVLIELMVS Budęs Parisiensis, utriusque lingue perfecta cognitione ita excelluit, ut non Gallię modò, sed totius etiam Europę longe doctissimus certò haberetur. Perennem semper spectauit laudem: & rei familiaris fortunas honorēsque ingenio suo & sperata gloria viores arbitratus, sexaginta amplius etatis annos, in studiis consumpsit: ita ut summę eruditonis libro de Asse, alteroque in Pandectas edito, ac infinita demū lectione confectis Commētariis, quibus Gręcę & Latinę facultatis ornamenta comparantur, nulli communicata laude, equales omnes, doctrinę auctoritate superarit. Huius optimi viri otium Rex Franciscus ita fouit, ut eum supplicib⁹ libellis preposuerit. Febre oppressus est cùm septuagesimum tertium annum ageret, & vita excedens, condito testamēto, omnes honores funeris & tumuli penitus abdicauit, ita ut noctu sepultus fuerit. Floruit anno salutis 1535.



**S E L I M V S** itaque pulso patre imperat Turcis anno mundi 5472. à Christo nato 1510. Is ad parricidium adiecit fratrum cædem, nepotumque strangulatione. Sophim vicit ac fugauit: & Sultanos duos, Campsonem & Tomōbeium, multis deleuit præliis. Ægyptum Arabiamque suo adiecit imperio. Reuersus Constantinopolim vlcus in renibus contraxit, quod canceris in morem serpens eum extinxit, anno regni 7. Vide Cosm. Munst. li. 4. Paul. Iou. & Riche. liu. 1.

**S O L I M A N V S** Selimi, siue Zelimi filius unicus, Imperat Turcis post patrem anno mūdi 5480. à Christo nato 1518. eodem ferè tempore quo Carolus, qui nunc imperat, creatus est. Hic Solimanus qui etiam nunc regnat, Belgradum, Christianorum propugnaculum anno regni 3. expugnat, atque anno 6. Rhodum, cum 400. nauibus ac 200000. Turcarum capit. Anno octavo Hungariam inuadit, igne ferroque deuastat: Ludouicū Regem Hungariæ vincit, Budam in deditioñem accipit. Anno vero 14. maximo exercitu Viennam oppugnans, auxilio Dei ac Germanorum virtute, fugatur. Hic natura gloriæ cupidus; atque ob victorias quamplurimas imperiique magnitudinē elatus, Romæ, totiusque occidentis imperium ad se spectare contendit, cum Imperatoris Constantini, qui imperium transtulit Constantinopolim, legitimum successorem se profiteatur: sexages centena aureorum millia quotannis habet: quoties populos censere liber, ex bellis plus lucratur quam in damno sit, plus gemmarum ac thesaurorum possidet, quam cæteri omnes orbis principes simul possideant. Vide Pau. Iou. qui etiam Papæ negligentia Rhodum Turcis deditam fuisse scribit.



**C H R I S T I E R N V S** Ioannis Daniæ Regis filius, post patris obitum Danorum Rex, nullum non lapidem mouit quo regnum Sueciæ suo regno adiiceret: quod & tandem partim vi armorum, partim dolo asseditus est: sed tamē non diu administravit: quinimo tantum abest ut retinere potuerit, ut etiam patrio ac peculiari suo regno Daniæ ob tyrānidem deturbaretur, atque exul in Angliam vñā cū vxore profugeret, anno à mundo condito 5484. à Christo nato 1522. Cæterum cùm Daniam recuperare tentaret, à Christiano, patruo suo, captus est, atque in carcerem cōiectus, vbi diem clausit extremum. Vide Cosmog. Mun. li. 4. de regnis Septentrionalibus: item nouam temporum continuationem Germani cuiusdam, ad Euse. Chro. adiectam: præterea Carionis Chro. li. 3. qui loco Daniæ scribit Regē Christianum Daciæ: vnde colligendum Daniam, & Daciam, interim confundi, nam & Volater. li. 7. sic inquit: Nunc sanè Cimbricam Chersonesum Daciam vocant, cui Rex præst qui Suetiam & Noruegiā, peninsulas, in eodem mari obtinet, Ptolemaeo & antiquis minimè positas, quod ignorat atque incomptæ tunc essent.

**I S A B E L L A** Caroli Imperatoris huius nominis quinti soror, nupsit Christierno Daniæ Regi supradicto, qui ex ea liberos sustulit, Dorothéam Friderici Palatini vxorem, & Christianam, Lotharingiæ Ducissam. Vide ut supra.



FERDINANDVS Philippi Austriæ Archiducis ac Castellæ Regis minor natu filius, Caroli hoc nomine Imperatoris quinti frater, vxorem accepit Annam Vladislaj Hugariæ ac Bohemiæ Regis filiam vnicatm, sororémq; eadem Ludouici Hungariæ ac Bohemiæ Regis ultimi per cuius obitū iure hæreditatio hæc regna possedit. Posthac in Romanorum Regem Coloniæ creatus est anno D. 1530. atque anno proximè sequente Aquigrani coronatus est. Porrò an. 1540. expeditionem in Budam suscepit aduersus Georgium Monachū, Vaiuodæ filij tuorem, qui Budam occupabat. Verumeniuero Georgius hic implorato à Solymâno auxilio, Ferdinandū pedem referre coegerit: qui saluti suæ cōsulēs in trâscu Danubij, vt sunt belli euentus varij, bonam exercitus partem amisit: quamobrē hac victoria portus Solymanus, Budam ipsam occupauit, ac prædictum Georgium Monachum, vñacum Vaiuodæ filio in Transsylvania expulit. Vide Chron. Carionis lib. 3. & Paralip. re. memo: Imperauit annos 6. menses 4. dies 13. & primo anno sui imperij, Carolus Quintus Augustus præclarissimæ memoriae Imperator obiit xi. kalendas Octobris, in cœnobio monachorū Hieronymianorum S. Iusti, Toletanæ Dioceſis. Fuit iste Ferdinandus multis virtutibus ornatus, & tam iuste imperauit, vt eius memoria non minus colatur, quam Philippi patris, & Carolifratris inuictissimi & bellicosissimi. Viennæ obiit octauo Kalendas Augusti, anno Domini 1563.

ANNA Hungariæ Regis filia, prædicti Ferdinandi vxor, speciosa quidem, proba & viro gratissima fuit: ex quo etiam liberos complures, chara coniugalis amicitię pignora, suscepit. Vide ut suprà.



CAROLVS Sabaudiæ Dux, ex antiqua ac illustri Saxoniæ familia oriundus, fratri suo Philiberto cognomine pulchro, qui nulla relista stirpe obierat, successit. Porrò anno à Christo nato 1535. Carolus hic Allobrogum Ducatu, ac maxima Pedemontij parte deturbatus est: nam vrbes atque arces quamplurimas partim expugnat, partim in ditionem accepit Frâscus Valeſius: tum quod Gallicanis expeditionibus infestissima semper hæc gæs effet, tum quod ius suum persequeretur in hæc ipsa Sabaudiaæ territoria. Vide Chro. Sabaudiæ, & Supplem. Chro.

BEATRIX Portugallæ Regis filia, sororque vxoris ipfius Imperatoris Caroli quinti, liberali aceleganti forma Princeps, Carolo supradicto Duci nupsit, ex eoque Philibertū, qui Princeps Sabaudiæ vocatur, suscepit. Ceterum hæc cum deploratæ sibi in Sabaudia & Pedemontio res essent, Niciam concessit, ac post paucos annos deceſſit. Vide Chron.





CLEMENS, huius nominis Papa septimus, Adriano superdicto in Pontificatu successit anno mundi 5484. à Christo nato 1522. Hic antea Julius vocabatur, sed Cardinalium quorundam suos, Clementis nomen assumpsit. Fuit Leo decimus huic patrue lis. Dicitur Clemens fuisse Francorum Regi Francisco etiam capto, aduersus Cæsarem Carolū: ideoq; Romā ab exercitu Cæsar is, cui præerat Carolus Borbonius, direptā ac expilata mīnōlōminus tamen ab hoc coronā accepit Carolus imperiale, præterea sacram vocationem: fuit rarissimi ac callidissimi ingenij. Frācisci Valesij partes iterum secutus, ad Massiliam cum eo conuenit, initūque est matrimonii proneptis sue Catharinæ Laurentij Medices Ducis Vrbinatis filiæ cum Henrico Duce Aurehanensi, nunc autem Francorum Rege. Florētiam urbem patriam obsedit, quā post annum obsidionis cepit: Dux cēmque in ea constituit Alexadrū Medices, prædicti Laurentij Medices filium naturalem. Aiunt prouocatum à Florentinis id bellum gessisse, qui in cognatos ac necessarios huius Clementis infecti essent, atque etiā in ipsum Pontificem infensi: vitio tamen illi interim vertitur, quōd in patriam ita sœuierit, quam etiam velut sub iugum miserit: sedit annis 12. Vide Iouium, Suppl. Chro. & Platinam.

ODETVS de Foix, dictus Lautretius, Mediolani sub Francisco Valesio præfetus, deinde exercitus Gallici in Italia Dux, Papiā & Alexadriā expugnauit: Neapolim exercitū duxit: quō dū tēderer, Clemēti, quē Aurasiēsis Princeps sub custodia tenebat, opē attulit: Porrò vbi Neapolim peruenit, arridētis fortunæ occasionē captare nesciuit: nā cominus si vrbē aggressus esset, hāc facilē cepisset: sed interim dū eminus nimis cūctatur, Neapolis auxiliares Hispanos milites recipit: tandem tum ob aeris intemperantiam, tum ob aquas veneno infectas cum multis aliis Gallorū primoribus periit an. D. 1528. Vide Suppl. & Iouium.



CAROLVS Borbonij Dux, Comitis Gilberti à Montepesero filius, Ianam Ducatus Borbonij heredem vnicam, duxit vxorem: hunc Gilbertum præfatum Neapoli reliquit Carolus octauus. Porrò Carolus eius filius Magister equitum, seu Connestabilis, à Francisco Valesio creatus est anno à Christo nato 1516. Fuit quidem princeps hic magnanimus ac bellicosus, sed qui ob factionem quandam ad Imperatorem deficiens, cladem patriæ non minimam attulit: tandemque in expugnatione Romæ occisus est. Nam ipsi stanti in scalis, globus ænej tormenti parum caute à suis emissus (vt est plena periculi eius generis armorum tractatio) crus alterū sub femore perfregit, quo ex vulnere post vnum atque alterum diem, animam exhalauit. Vide Chron. Regum Franc. & re. memor. Paral.

ANTONIVS Leua, Mediolano primū, deinde expeditioni Cæsarianæ præfetus, cùm paralysi laboraret, in cathedra sedens circumferebatur: industrius quidē ille, ac in rebus belli- cīs arte Pelasga, quasi alter Sinon instruētissimus. Moritur præ dolore vani ac cassi in Massiliam conatus: cùm eius spe potiundę, à Melforum Principe ad eam recipiendā ex Italia prudenter ac callidē euocatus esset: nempe ea arte vt in Taurinū suscep- tam ab ipso expeditionem auerteret; anno à Christo Seruato- re nato 1535.





ANDRÆAS Doria, nobili apud Geuenetes ortus familia, in eûte etate nō vno sub principe stipendia meruit. Verū cū se terrestri Marte laudē inuenturū diffideret, ad suū rediit elemētū: quatuorque triremibus à ciuibus suis præfectus, Gallorum primū, mox Pôtificis partes fouit: à quo duabus auctus triremibus, denuo fese ad Gallos cōuertit. Nec multò pôst vniuersę regiæ classi præfektus, & insigni equitum D. Michaëlis torque exornatus, strenuam aliquandiu Regi operā nauauit. Post hæc Marchione Vasti, aliisq; nōnullis Cæsarianarū partiū ducibus, Philippini nepotis sui opera non procul à Neapoli captis, cùm Rex eos ad se mitti identidem inberet, iustūmq; redemptionis pretiū eorum nomine offerret, Doria tantarū rerū successu elatior factus, constanter id recusauit: tâdérnque Marchionis Vasti suasu ad Cæfarem defecit: qui ob singularem reinaulis peritiam, tâcum honoris ei detulit, vt non alio, quām Patris nomine, eum vñquam salutauerit. Ciuibus quoque suis tam charus extitit, vt marmoream illi statuam in foro posuerint, Patrisq; patriæ appellatione exornarint. Vide Paulum Iouium, & Suppl. Chron.

PHILIPPINVS Doria, edito sub Vrbinatiū Duce singularis suæ virtutis specimine, Comitis dignitatē & prouentum est adeptus. Rebūsq; deinde plurimis præclarissimè gestis, tandem A ndreæ patrui, Gallicæ classis præfeti, vice fungens, cum Cæsarianis non procul à Neapoli nauali prælio congressus, insigni victoria potitus est, anno 1527. capto Marchione Vasti, aliisq; que non paucis tū Italorū tū Hispanorū proceribus, triremibūs que aliquot, partim captis, partim depressis. Et Biennio pôst incredibili pôpa copiarū Genuēsiū Dux adoptatus, post res pluri mas Caroli Cæsaris auspiciis feliciter gestas, fatis concessit.



HERCVLES Estensis, Alphonsi Ferrariæ Ducis filius, non tam parentis gloria aut stabili illius, pacatōque Principatus statu, quām singulari sua virtute, ac moribus planè heroicis, Renatę Ludouici duodecimi Gallorū Regis filię coniugio est potitus: quam incredibili apparatu, pôpāque prorsus regia vxorem duxit Lutetię Parisiorū anno 1528. Post hæc Alphonso patre è viuis sublato, in Principatu ei successit anno 1534. multaque heroicarum, non modò specimina, verū etiam exempla edidit. Ditionem singulari prudētia administrauit, & inter tot bellitum multus, quibus tota propemodum concussa est Italia, trāquillā incolumēmque conseruauit. Ius severè & integrè imprimis dicendum curauit: Academiam celeberrimā, disciplinarum omnium altricem, Ferrariæ instituit, eāmque accitis vndiq; maxi mi nominis professoribus, singulari studio ac liberalitate fouit. Sub huius Principatu cùm alij propemodum innumeri, tum singulare illud Italicorum Poëtarum decus, Ludouicus Ariostus emicuit.

RENATA, è regia Gallorum stirpe Princeps prudentissima, Ludouici duodecimi filia natu minor, Regisque Henrici, qui hodie florentissimi Galliarum regni gubernacula tenet, materterta, Herculi Estensi Principi clarissimo nupsit: cui & multis sexus vtriusque, & generosissimæ indolis liberos peperit: è quibus filia natu maxima, Aumaliæ Princi, Guisiæ Ducis filio nupsit: qui deinde patri è viuis sublato in Principatu successit.



**L V D O V I C A.** Ex clarissima Sabaudiæ Ducū familia, illu-  
striSSimo Angolismorū Duci nupsit: cui & duo præcipua nostre  
ætatis lumina peperit, Franciscū Valesiū, qui post Ludouici II.  
mortem Gallici regni habendas tenuit, & Margaretā postea Hé-  
rici incliti Nauarræ Regis vxorem. Hec tanto ingenio mulier,  
tantaque in arduis rebus obeūdis dexteritate fuit, vt nō imme-  
ritò filius lōginquiore expeditione suscepta, regni totius admi-  
nistrationem amplissima cū potestate ei semper crediderit. Ex  
præclarissimis eius in rem Christianam promeritis, illud præci-  
puè memoria dignum est, quod anno 1529. mense Augusto, ini-  
to Cameraci cū Margareta Maximiliani filia colloquio, pacem  
stabilierit, liberosque regios, Franciscum Delphinū, & Héricū  
Aurelianorum id temporis DuceM, paternorum pactorum in  
Hispania obsides, parētis patrioque desiderio restituerit. Supre-  
num diem clausit II. Cal. Octob. anno 1531. singularis quandiu  
vixit, ingeniorum & virtutis faurix. Vide Chr. Cari. & Gallia.

**M A R G A R E T A** Austriaca, Maximiliani Cesaris, & Ma-  
riæ Burgundæ filia, anno salutis nostræ 1479. vitæ limen in-  
gressa est. Nupsit primùm Georgio Hispaniarū Principi, eoque  
è viuis sublato, Philiberto Allobrogum Duci, quo præmaturè  
orbata, cū in coelibatu perfisteret, nomine Caroli quinti, fratri  
sui filij, Flandriæ Germaniæque inferioris gubernacula suscepit.  
Anno deinde 1529. habito Cameraci cum Ludouica Francisci  
Regis matre colloquio, compositis Principum cōtrouersiis, læ-  
tam suis pacem peperit: annōque in sequenti magno suorū de-  
siderio fatis concessit. Vide Genealog. Carol. quinti.



**M A R I A**, Philippi Archiducis Austriæ, & Ioannæ Reginæ  
Hispaniarū filia, & Caroli quinti Imperatoris soror, nupsit ad-  
modum puella Ludouico inferioris Pannoniæ Regi, qui in ipso  
statim adolescentiæ suæ limine, anno 1527. cùm aduersus Tur-  
cas infeliciter pugnasset, fuga sibi salutem quærens, in palude  
quadā interiit, superincumbentis equi pondere suffocatus. Cu-  
ius memoriæ tantū tribuit Maria, vt nulla vñquam ratione ad-  
duci potuerit, vt aut ad secundas nuptias animū adiiceret, aut  
vestē lugubrē cultu amoeniore mutaret. Nec multò pōst à Ca-  
rolo fratre inferioris Germaniæ gubernaculis admota, strenuè  
imprimis munus sibi creditū obiuit: multaque Cæsare absentia  
bella Gallis, Sicâbris, & Menapiis partim vltro intulit, partim ab  
illis illata sustinuit. In omni denique vitæ ratione virile potius,  
quam muliebrē animum præ se tulit, à principū mulierū deli-  
ciis prorsus abhorres. Tadē vt nominis sui memoriæ cōsuleret,  
in Eburonū, & Namurcēsiū finibus oppidū egregiè munitū cō-  
didiit; quod de nomine suo Mariæ-Burgum voluit appellatum.

**C A T H A R I N A**, quarta Philippi Archiducis Austriæ fi-  
lia, nupsit Ioanni Emanuelis Lusitaniz Regis filio, qui hodie re-  
gni eius sceptra tenet, quem & quatuor liberorum Emanuelis,  
Philippi, Mariæ, & Isabellæ parētem fecit. Hæc præter insignem  
formæ venustatem, eruditiois nomine in primis commēdatur:  
aliis etiam virtutibus, regia matrona dignis, egregiè dotata.



ALEXANDER Laurentij Medicis Vrbinatiū Ducus filius, secundo fortunę flatu, & immodico Clementis Pontificis propinqui sui fauore, primus Florētinorū Dux creatus est anno nostrae salutis 1532. Hic prudentissimorū hominū consiliis parens, quos Clemens ei consiliarios addiderat, summa aliquādiu cum laude patriæ suæ præfuit. Ius summa æquitate dicēdū cura uit: rebūsque multis per seipsum iudicatis, nō obscura & cordati iuuenis, & Medicei sanguinis specimina edidit. Caroli Cēsaris filiam, tori consortem sibi adscivit: ex qua nullos suscepit liberos. Postremò cùm neque tanta fortunę suę amplitudine, neque tā generoso contentus coniugio, pudicis nobiliū thalamis infidiaretur, anno 1537. à Laurētino Medice suo propinquo, & in eam v̄isque diē spectatissima erga se fide, fraude circūuentus, multis vulneribus confossus interiit.

COSMVS Mediees, secundus Florētinorū Dux, patre natus est Ioannino Medice, viro omnium suę etatis rei militaris gloria clarissimo. Hic anno salutis 1537. principatū auspiciatus, subito saluberrimis multis promulgatis legibus (quod ab ea etate ne mo exspectarat) ditionis suę tranquillitatem stabilivit. Scelerum omniū acerimū se vindicem præbuit: literatos verò, atque adeò bonos omnes, singulari studio fouit. Academiā Pisī regia prorsus magnificentia extruxit, præstantissimisque omniū disciplinarū professoribus exornauit: in qua bonę spei ingenia, rei familiaris angustia à liberalibus studiis exclusa, in sextum v̄isque annū ali voluit. Vxorē duxit Leonorā Proregis Neapolitanī filiā, tanto sibi, eoque mutuo amore deuinctam, vt non immitò inter præcipua amantiū paria debeat connumerari. Hic locis non paucis ditioni suę adiectis, principatus sui fines non parum propagauit.



FRANCISCVS Valeſius Galliarum Rex clarissimus, litterarum atque adeò liberaliū omniū studiorū (quę superiorum Principum incuria diu neglecta iacuerant) vnicus Mecœnas & singularis instaurator extitit. Celeberrimam Parisiorum Academiam, conductis amplissimis stipendiis trium linguarū aliarūque disciplinarū professoribus, & frequentiore reddidit, & ornatiorē. Quid multa? ea cura, eoque animi conatu in hanc rem incubuit, vt Parens literarū nō immitò debeat appellari. Neque verò rei militaris gloria inferior fuit: cuius non obscura indicia pr̄ se ferunt pr̄clarā aliquot ab eo conscripta de disciplina militari volumina. Post hęc rebus plerisque iā felicissimè gestis, Allobrogū Ducatum, & bonā Subalpinę regionis partem, quorum ius tum morte Margarete Borboniē auię suę, Philippi Ducis vxoris, tum ex testamento Comitis Narbonensis Provincię ad se deuolutū contendebat, finibus suis adiecit. Denique suis Landrisij à Cēsare obseffis, iamque ad extremā rerum omnium penuriā redactis, suppetias tulit, recentique in hostis conspectu inuecto cōmeatu, ad eam consilij inopiam Cēsarem rededit, vt abiecta spe potiundi oppiduli, obsidionem soluere fuerit coactus.

LEONORA Philippi Archiducis filia, & Caroli quinti Imperatoris soror natu maxima, primū Emanueli Lusitanorū Regi nupsit: eoque è viuis sublato, anno 1530. Francisco Valeſio Regi secundis nuptiis coniuncta, non parum ad sedandas viri fratriisque discordias momenti attulit: eodemque anno regni diadema accepit.



S O L Y M A N V S Turcarum Rex, ex re feliciter prouisa, cui euentus responderit, nomē tulisse fertur, quod Salomonem Sapientiæ gloria inclytū, immutatis syllabis referat. Itaq; Solymano secus ac patri contigisse constat, qui à contrario sepsu Selymus, hoc est māsuetus, autōrque pacis, sit vocatus: quo nemō Othomānorū ferocior & bellicosior fuerit. Sed Solymani res gestæ, paternæ famæ nomen & quasse censeri possunt. Recepta nāque Syria, imperfecto Gazelle qui rebellarat, Belgradū fortiter expugnatū, Rhodus manu capta, Buda bis occupata, Austriacus exercitus in fuga cæsus, Rocādulphi ingentes copiæ ad Budā superatae, expugnatū Strigoniū, & Alba Regalis præclarę Hungariæ ciuitates, an. 1543. & paulò antè Hispani in Dalmatia ad Castrum nouū expugnati, classibus eorum, quæ insuperabiles viderentur, ad Leucadem fugatis: hæc, inquā, Solymanum patri, ausu nec imparem, nec gloriæ minus audū testabuntur. Assyriæ præterea & Mesopotamiæ regna, cum Babylonia vrbe, magnæ Memphi & quāda, quæ suo Solymanus adiecit Imperio, captæ à patre Aegypto opponi possunt. Quinetiam Solymanus maioris Armeniæ, Mediæ, Persidisque fines, vsque ad finū Persicū, vastauit: Taurim Persarū Regiam, bis cepit: Tāmasum Sophim, Hismaēlis filium, refugientem ad mōtes, fugauit. Verū quod ad Solymani mores etiā attinet, fatentur sanè Turcę, eius subdit, eum suprà cæteros Othomannorum principes, qui per ducentos regnarint annos, iustitiæ, sobrietatis, & continentiae laude clarissimum. Vide Paulum Iouium.

R O S S A omnium Solymani vxorum pulcherrima, præter formā multis etiam virtutibus dotata est: quare apud Solymanum præ cæteris omnibus vxoribus maxima pollet gratia, ab eoque vnicè amat, ac colitur.



S O P H I nomine Tammas, Persarum Rex potentiss. vrbe Tauris, ac parte regni pulsus à Solymano anno D. 1534. Punicis artibus voluit hostem circōuenire: nā cū viribus esset inferior, fingens longius aufugere, perduxit Solymanum in loca inuia, ac prærupta, Turcisque ipsiis incognita, vnde vix egredi potuerit Solymanus, hostē 8. dies prosecutus. Porrò Sophi per vias quasdam sibi notas iter faciēs, partem exercitus, nempe 60000. hominum armatorū, transmisit: Taurinque vrbe, media nocte aggressus, recuperavit, omnibus qui in ea erant Turcis trucidatis. Erat autem hæc vrbs Turcicis thesauris nō minimis, atque armis aucta & ornata. Solymanus itaq; subito quaqua via pedē referre coactus est, séque in suæ ditionis castellū quām citissimè recipere. Anno autem 1549. Solymani primogenitus ad Persas defecit, quod fratrem suū à patre in Imperio præferendū presen-tiret, coacto itaque exercitu Persico, in patrē insurgit, locaq; paterna, Persis finitima oppugnat. tū verò pater cum 50000. militū eō profectus Persas metu percusso retrocedere cogit: sed incensis à Persis villis, pagisq; omnibus quacunque dierū 5. spatio profugiebat; ad tantam rerum penuriā adactus est Solymanus vt 10000. suorū peste ac fame extinctis, reuerti sit coactus. huīus Tāmmē frater germanus Helcas, ad Solymanū transfugit, cuius hortatu bellum renouatū est, qui cū eius belli Dux esset vt perfidiæ penas daret, ad Persicum finum est interceptus. Ceterū ipse Sophie roseo vultu, vegetisque oculis dignā Imperio faciem præfert; equitandi, & sagittandi peritiss. conaturque in Oriente Imperiū reparare: egregiisque factis maiorem suorum gloriam reuocare. Vide Iou. Munit. & Cario..

V X O R Sophi speciosissima, more quidē antiquarū Heroinarum incedit, omni cultu ac mundo muliebri ornatissima.



P A V L V S hoc nomine Papa tertius, Alexander Farnesius antea vocatus, vna omnium voce in demortui Clementis septimi locum substituit anno D. 1534. Hic ab adolescentia literis latinis ac Græcis, liberalib[us]que disciplinis probè est institutus: atque, ante Pontificatum initum, Petrum Aloysium, & Constantiam, matrem Vidonis Ascanij Cardinalis à S. Flora, peperit. Postea Pontifex creatus, concilium generale indixit, eique locū assignauit, primum Mantuam, deinde Vicentiam, nouissimè Tridētum, vbi & inchoatum est. Hic sex expeditas triremes ad Imperatorem aduersus Aenobarbū misit. Præterea cū Galliæ Rege Franciso Valefio, & Imperatore Carolo ad Niciam cōuenit: vbi decennales pactæ sunt induciæ inter Imperatorem & Regem: initum est etiam matrimonium inter Octauijū Pauli nepotem, & Imperatoris filiam, Alexandri Medices Florentiæ Ducis viduā. Deinde assidente Imperatore, prædictus Petrus Aloysius Parmæ ac Placentiæ Dux designatus est: hac quidem conditione ut Papa 12000. peditum ad Imperatorem aduersus Protestantes mitteret: quod præstirit Pontifex: auxiliarib[us]que hic copiis, quasi Cleri Coryphæus, creatus est Octauius. Sedit Paulus hic annos 16, vixit 84. Vide Iouium.

I V L I V S Papa hoc nomine tertius, Ioānes Maria de Monte antea vocatus, Pontifex designatur anno D. 1550. Hic cùm iam antea valde eruditus ac eloquens esset, concilio Tridētino Pauli Legatus præsederat. Iubilæum statim celebrauit, nam in annum 50. eius electio incidit. Primo etiam Pontificatus sui anno concilium Tridētinum inchoatum, sed aliquantis per intermissum, resumēdum indixit. Aduersus Héricum Regem Christianiss. in Italia ad Parmam ac Mirandulam, bellum aliquādiu gessit: verū tandem res inter eos componitur: cuius fœdetis componendiautor fuit Cardinalis Turnonius.



F R A N C. Sfortia secundus, Mauri filius, Dux vltimus Mediolani, anno Salutis 1523. à Prospero Colonna, generali Ducē copiarum Caroli quinti Imperatoris & Leonis decimi Pontificis, atque ab vniuerso Senatu Tridenti, vbi morabatur, ad Mediolanensem principatū reuocatus est. Nō multo antè ipse populus à Gallo Rege deficiēs, Regiū Præsidem Lautrec omnēsque Gallos milites, quod insolēter viuerēt, vnanimiter expulerant. Receptus est summo cum gaudio, & applausu incredibili. Anno verò Salutis 1534. Christiernam Daniæ Sereniss. Regis filiam summo Imperatori neptē, vxorem duxit. At post fatales dolores & fugam, populique sui graues querelas, ob aurū Cæsari persoluendum, longa alterius oculi ægritudine prægrauatus, quem & amisit, die 24. Octobris 1535. decepsit, suos relinquens Cæfareis Præfectibus expilando. Eo exenterato cor subaridum & inflatum repertum est. Vide Supplēm. Chro. & Gazzo.

C H R I S T I E R N A Sereniss. Daniæ Regis filia, Carolo quinto Cæsari, ex sorore neptis, anno Salutis, quo suprà, Franc. Sfortiæ hoc nomine secundo, & vltimo Mediolanēsium Duci, matrimonio iuncta est, applausu sanè incredibili. Verū, tum ob perlōgam viri ægritudinem, in qua & oculum perdidit, tum quod populum vexari ac expilari cerneret, tū demū ob Imperij breuitatē, quandò paulò plus anno principatū tenuit, hec nuptiæ parū illi lātæ fuerūt. Nam pullis, lugubrib[us]que cooperata vestibus, gemēs ad patriam remeauit: postea nupsit Antonio Lotharingiæ Duci. Vide autores quos suprà.



IOANNES Stoefflerus Iustingensis, insignis fuit Astronomus & Cosmographus, ut testantur multa eius opera accuratissimè elaborata. Scripsit opus Ephemeridum, à capite anni Christi 1532. in alias viginti proximè sequentes, ad veterum imitacionem. excusum Tubingè: item variorum Astrolabiorum compositionis seu Fabricè libros duos, cum explanatione usum eorundem, quos quidem postremò ab authore recognitos Petrus Jordan excudit Moguntiæ anno domini 1535. In Procli Diadochi Sphaeram mundi Commentarium: Calendariū Romanum: Tabulas Astronomicas: Cosmographicas aliquot descriptiones De Sphaera Cosmographica, hoc est de globi terrestris artificiose structura: De dupli terræ projectione in planum, hoc est qua ratione commodius chartæ Cosmographicæ, quas mappas mundi vocant, designari queant: quæ quidem edita sunt à Ioanne Dryandro Mapurgi. Constat eum claruisse anno salutis 1530.

ALBERTVS Durerus Nurembergensis pictor celeberrimus, scripsit institutionum Geometricarū libros 4. lingua Germanica, quos deinde doctus quidā Latinitate donauit, pictoriis, fabris ærariis ac lignariis, lapidicidis, statuariis & vniuersis qui circino, gnomone, libella, aut alioqui certa mensura, opera sua examinant, utilissimos. Exarauit plures alios libros, qui non mediocre utilitatem possunt afferre his, qui hac arte & professeione nobilissima maximè delectantur, quorum elenchem hīc recensere superuacaneum esse haud videtur. Scripsit libellum de vrbibus, arcibus, castellisqne condendis & muniendis, impressum Lutetiae 1535. Item de Symmetria partium in rectis formis humanorū corporū, libros quos in Latinum conuertit Ion̄tinus Camerarius, Norimbergæ impressos, annos domini 1532. cum figuris. Præterea de varietate figurarum & flexuris partiū, ac gestibus imaginū, ibidē impressos anno 1534. cum figuris plurimis. Floruit anno salutis 1534. Vide Gesnerum.



TRINCAVELLA insignis Medicus fuit, quem dignissimum esse existimauimus qui huic numero viroru in arte medica doctissimorum adscriberetur, ut ex eius exactissimis commentationibus perspicere licet. Scripsit de compositione medicamentorum quædam, multiqne alia, quæ medicis non mediocre utilitatem adferunt, quæque ei immortalem glorię & nominis famā pepererunt. Claruit circiter annū salutis humanæ 1538.

ANTONIVS Musa Brasauolus Medicus Ferrarensis, cuius hīc imaginem ad viuum expressam vides, floruit circiter annum salutis 1538. Is multos libros composuit de arte medēdi. Scripsit præterea multa alia utilissimè, quorum bona pars in lucem prodiit, reliqua expectantur: quibus omnibus studiosis innotescit eius doctrina & perfecta eruditio, in diuerso literarum genere. Scripsit Examen omnium simpliciū medicamentorum impressum Romę, & Lugduni. In octo libros aphorismorum Hippocratis & Galeni expositionem, Commentaria & annotationes. De Syrupis librum, per dialogū inter ipsum Antonium & Pharmacopolem senem. Scripsit præterea vitam Iesu Christi seruatoris Italica lingua, in qua paraphrastice, quatuor euangelistas interpretatur. Dialogum, quod mors nemini placeat. Muriçis encomium: de cœna & prandio: de temperie Ferrarensis aeris. De laudibus dialecticæ. De ordine librorum Logicæ. De utilitate & necessitate Logicæ: de suppositionibus secundū antiquos. Commentaria in Paulum Venetum. Commentarios in prædicamenta Aristotelis: in librum de interpretatione: in posteriora analytica: in libellum Boëtij de divisionibus. Commentaria in librum Auerrois de substantia orbis. In libros Physicorum Aristotelis. In libros de anima. Commentaria in Aphorismos Hippocratis quæ post primam editionem ad incudem reuocauit, & alia infinita. Floruit anno salutis 1538.

Q 99 5



LUDOVICVS Ariostus Ferrarensis, inter celebres & magnos Poëtas numeratur, vixitque tempore Herculis d'Est Ducis clarissimi Ferrariensem, qui eum fuit eiusque statum ampliavit, cum inter primos esset sui consilij. Composuit Italicè librum Poëticum, inscriptum, *Orlando Furioso*, in quo historiam scribit duodecim Parium Franciæ & Caroli magni Regis Francorum, rā appositi & doctè, ut omnes tam viri quam fœminæ hunc librum sibi legendum proponant: nam præter elegantem, iucundum & disertum sermonem, plurima videre licet in eo exēpla virtutis (vnde magni fructus possunt exhaustiri) & plures historiæ quæ suo tempore acciderunt. Fuit translatus in Gallicum idioma, Hispanum & alia. Scripsit etiam Tragœdias, Comœdias aliisque versus elegantissimos, floruitque supradicto tempore Ducis Herculis, anno salutis humanæ 1540.

PETRVS Aretinus fuit magnus & præstans orator, qui Venetiis plerique habitabat, ubi plurimis nobilibus Veneris valde charus erat. Composuit & edidit curavit plures libros, sed magna ex parte satyricos. Scripsit Tragœdias, Comœdias, Epistolas & inuestigaciones. Erat maledicus maximè in magnos viros, qui ut ei silentium imponerent, magnis muneribus eum afficiebat. Inter alios magnus ille Franciscus primus Christianissimus rex Galliæ, ingenti catena linguis aureis compacta eius maledicentiam compescuit, & eandem ob causam Carolus quintus Imperator monile ad eum misit formam aurum aurearum referens, quo quidem eum obsurduisse nunciatura fuit Imperatori, ita ut à duobus his tantis Principibus seu Monarchis, deinde abstinuerit. In alios inuestigatus, in magnum vitæ discrimen se secessit propter vim ei illatam. Dein maledicuum eius animū mutando stylum quoque mutauit, floruitque tempore Ariosti.



CLEMENS Marotus Gallus magnus est adeptus gloriam ex eo tempore, quo primum poësis gallica in precio haberi cœpit. Eius carmina, quamvis nitida & salsa, hac tēpestate exigua videntur, si eorum comparatio fiat cum his quæ scribuntur à quibusdam recentioribus Poëtis, quos omnes hic enumerare difficile esset: principem tamen eorum paulò post subiiciam. Hic Marotus Psalmos aliquot Gallico carmine reddidit, transstulit Metamorphosim Ouidianam, Eglogas Virgilij, Minois iudicium, Encomium Beraldii, & multa alia festiuitatis plena.

M AVRICIVS Sceua Lugdunensis Poëta Gallus, longe omnium qui sua ætate floruerunt maxima doctrina & ingenij admirabili acumine celeberrimus, multa poëmata composuit & scripsit, quibus eius nominis fama nunquam sanè intercedet. Hic Dantis Poëtæ Italici, longe difficillimi, animū prope gerēs, tam alto argumento, suam Deliam conscripsit, ut ab omnibus Poëtis nostris ætatis, pro tanto tamque eximio opere, existimat plurimum. Omnia is sua industria inuenit, vir perspicacissimus, stēmata, trophæa, & imagines, quibus preclarissimus Henrici secundi, in urbem Lugdunensem introitus, magna omnium ciuium concomitante lætitia & oratione, & magnificentissimo apparatu, fuit honoratus, anno 1544. composuit etiam librum inscriptum Microcosmos, id est parvus mundus, in cuius scriptis, quamvis elegantissimis, magis res, quam verba admirari debemus.



P E T R V S Bembus Venetus Cardinalis , vir doctissimus , & eloquentiae Ciceronianæ summus imitator fuit , vt videre licet ex eius scriptis prope infinitis , summa eruditione , sale & iucunditate ita conspersis , vt ad ea perlegenda lectores alliciatur : tanta vis est eius orationis . Scripsit opuscula aliquot impressa Lugduni : Epistolas , De imitatione sermonis lib. 1. cum Ioannis Francisci Pici , quibusdam opusculis . Poëma heroicum , cum variis poëmatiis : de Aetha , libellū : Historię Venetarę libros duodecim . Scripsit etiā elegatissimè de Culice , vt refert Nicolaus Erythrœus , & multa alia . Claruit anno reparatę salutis humanę 1540.

P A V L V S. Iouius Nouocomensis Episcopus Nucerinus ad viuum sic exprimitur , quod ad corporis delineationem siue decorā effigie attinet : eius animus admirabilis : cuius innotescit , q. eius historias incredibili facūdia & grauitate scriptas plegerit . Constat hunc medicum fuisse , medicināque exercuisse antequam Episcopatus amplissimum gradum attigisset . Scripsit de Romanis piscibus libellū : de vita Iacobi Muti , Attēdula , Cottignolae , Sforciæ &c. librum impressum Basileæ : de rebus Turcicis : vitas omnium Turcicorum imperatorum : item de ordine ac militia Turcicar̄ militiæ : vitas duodecim Vicecomitum Mediolani principum : vitam Leonis x. Pontif. Max. & Adriani , Pompei Columnæ Cardinalis , & infinita alia . Florebat tempore magni huius Cosmi Medicæi .



L E O N H A R T V S Fuchsius , Germanus , medicus insignis , ex eius infinitis prope & pernecessariis cōmentationibus , quandiu medicinæ vsus seruabitur , summis laudibus erit extollēdus : quod plures , vt crediderim , ex eius schola , prodierint medici , quā ex equo Troiano , olim , milites . Scripsit Methodū medicinæ , seu rationem compendiariam , perueniendi ad verā solidāque medicinam : item de vſitata huius rēporis cōponendorū miscendorūque medicamētorum ratione libros tres , iis qui praxim medicam exercent maximē necessarios . Eiusdem extant de sanandis totius humani corporis , eiusdēque partium tam internis quam externis malis lib. 5. Tabulæ aliquot vniuersæ medicinæ summam & diuisionem , compendio complectentes . Tabulæ sex in Galeni libros de morborum causis & symptomatis : Paradoxorum medicinę lib. 3. in quibus multa à nemine adhuc prodita . Arabum ἀτατίσque nostrar̄ medicorum errata confutantur . Floruit anno 1540. & obiit Tubingæ anno 1566.

C O N R A D V S Gesnerus Tigurinus , medicus & Philosophus clarissimus , cùm ipse plurima scripsit , tū multa etiam aliorū in lucem edidit & rem publicā literariā maximē iuuit . Conscriptis Bibliothecam vniuersalem , siue Catalogum omnīū scriptorū locupletissimum : in tribus linguis Latina , Græca & Hebraica , extantium & non extantium , veterum & recentiorum : opus nouum , & non Bibliothecis tantū publicis priuatīsque instituendis necessarium , sed studiosis omnibus cuiuscumque artis aut scientiæ , ad studia melius formanda , vtilissimum . Floruit anno salutis 1540.



CHRISTOPHORVS Longolius Parisiensis, suo tempore, eloquentia magna prestatit, utpote qui plures scripsit Latinè elegantissimas orationes, Epistolas, Epigramata, & Elegias. Porro inter orationes, vñā exarauit in laudem Ludouici Regis, vnde decimi, alteram in laudem Plinij, quinque alias in laude urbis Romæ, & vñā aduersus Lutheranos. Scripsit etiā amicis plures Epistolas, vt Erasmo, Budæo, Bembo, Sadoleto & aliis. Scripsit quoque in Ius ciuile, cū publicè Iurisprudentiā profiteretur in Academia Pietonū. Erat valde comis & humanus, vnde omnium amicitiā sibi cōparabat. Sed cū videamus sepiissimè chariores & virtutibus ornatiiores, potius quā vitiosos immaturæ aetate è viuis excedere, florentibus adhuc annis, vitā cū morte mutauit, cū trigētisimū sexū sive etatis annū nōdū attigisset. Omnia eius opera fuerūt impressa Lugduni, à Sebastiano Gryphio, & in pluribus locis Germaniæ & Italiæ. Florebat circiter annū 1536. Vide Conradum Gesnerum, in sua Bibliotheca.

ORONTIVS Fini Delphinus Regius Mathematicarū professor, in oppido Briansonio natus, patre medico & Philosopho egregio, nec non Mathematico nobili: quo mortuo, Lutetiā venit, ubi perfectis iā suis studiis, vxorē duxit Dionysiam cognomine & re candidā, cū qua vixit paulò minus viginti annis. Quantū laboris insumpserit assiduis cōmentationibus, testantur tot eius scripta, quorū seriē reperties in Bibliothec. Gesneri. Floruit anno salutis 1545. Et obiit Lutetię in suis edibus pridiem nonas Octobris, anno reparatę salutis hominū 1555. hora à meridie quarta, quaille in lucem venerat, natus annos LXI. fere: iacet in cœnobio Carmelitarum.



PETRVS Aloysius, Alexandri Farnesij (qui postea ad Pontificatum electus, Pauli tertij nomine innotuit) filius, opera parentis Parmæ & Placentiæ Principatū consequutus, cū immodico Placentinæ urbis exornandæ studio, edixisset ditionis suæ Comitibus, ceteraque nobilitati, in eā usque diē in villis suis castellisve agere assuetis, ut Placentiam domicilium suum transferrent: agrè id illis ferentibus (vt pote qui sub Pontificū imperio, summae semper libertati assueuerant) non nullos non insigne autoritatis, qui imperium suū detrectabāt, exilio mulctauit, bonāq; eorū fisco adiudicavit. Qua occasione irritatis nobiliū animis, illerū coniuratione circuuentus, in arce Placentina multis vulneribus obtruncatur: mortuique corpus in publicū protractū, cōcursu plebis fœdè discerpitur, anno nostræ salutis 1547.

HIERONYM A Vrsina, Romanæ castitatis matrona, vni cūmque virtutis omnis exéclar, Petro Aloysio nupsit, Alexandri Farnesij (qui postea Pontifex creatus, Pauli Tertij nomen adscivit) filio: cui præter Victoriam filiam, Vrbinatiū Duci iam elocatam, quatuor liberos mares peperit, totidem aetatis nostræ lumina: quorū duos hodie omni disciplinarū genere ornatissimos, rarissimo exemplo, in Cardinaliū ordinem videmus cooptatos, Alexandrū nimirum, & Raynutiū Farnesios, ambos amplissimos legatorum munere, illum apud Auenionenses, hūc in Flaminia fungentes. E reliquis duobus, Octavius Parmensis Dux, militaris gloria imprimis illustris, & Caroli quinti gener, remotissimos orbis Christiani angulos nominis sui splendore impletuit. Horatius verò Castri Dux, generosi animi iuuenis, & in ad-eūdis periculis prorsus intrepidus, hoc ipso anno incredibili apparatu, Hericī Regis filiā cōiugē sibi adscivit: nemini fortitudinis gloria cessatus, nisi nimia hominis virtus, ad manifesta pericula incautius impulsum, prematura nece eū nobis præcipuisse.



**H E N R I C V S.** Albretius illustrissimus Nauarrorum Rex, Francisci Valesij Regis Christianissimi fidus belli comes, eique semper intimus fuit: cum quo etiā aduersus Cæsarianos ad Papiam strenuè dimicans, captus est. Hic literas, literatosque semper impensè coluit: Margaretam principem omnium lögè illustrissimam, prædicti Regis Valesij sororem vxorem accepit: ex qua filiam vnicam suscepit inclytā, nobilissimi simul ac magnanimi Vindocinensium Ducis vxorem.

**M A R G A R E T A** Heroinarum omnium in toto orbe facilè Princeps, pietate ac doctrina præ cæteris omnibus celebris, Francisci Valesij soror illustrissima, primū nupsit Alenconio Duci, ex quo nullos peperit liberos: post cuius obitū nupsit secundò, ac in virum accepit illustrissimum Regem prædictum, Henricum Albretum: cui splendidissimam formam ac moribus filiam peperit, nomine Ianam: quæ in cōjugem data est clarissimo, simul ac humanissimo Vindocinēsiū Duci. Migravit autem Heroina Margareta ex hac in alteram quam præoptabat vitam, anno Domini 1549. Vide Chro. Franc. Cæterū, vt de eadem Margareta hoc vnum addam, quisquis sanè, huius Margaritæ seu perlustris vunionis splendorem tentat animo perlustrare, atque oculis, etiam si perspicacissimis, assequi: eadem certè operæ diductis ciliis in splendidissimum, simulac ardentissimū solem pecta ac illæsa acie contendat.



**Æ N O B A R B V S**, vulgò Barbarossa vocatus, Rex Algerij, Christiana matre natus, à pueritia per inopiam vrgentem apud Hispanos importandis venùm caseolis, aliisque id genus opsoniolis victum sibi quærere coactus est. Ex hoc Pirata factus, non mediocriter rem auxit: comparatāque perditissimorum hominum manu, per vim ac insidias, Algerij in Mauritania Regnum occupauit. Mox Turcarum Principi fœdere iunctus maritima prælia feliciter gessit. Hispanias infestauit. Tuneti Regem sedibus expulit: qui tamē paulò post à Carolo Augusto v. est restitutus: neque enim tanta erat Aenobarbi Piratæ potentia, vt Imperatori obsistere posset. Eius etenim potētia soli Turcarum adminiculo nitebatur. Vide Paulum Iouium, & Gazzo.

**M V L E A S E M** suo Tuneti Regno per Barbarossam expulsus, mox per Carolū Cæsarem v. fuit restitutus, anno 1535. Qui anno deinde 1541. huius Muleasem fretus auxiliis, Barbarossam Algerij Principatu fristrâ deturbare conatus est, traiecto cā in spē Libyco mari, & ciuitate cincta obsidione. At oborta statim tempestate, imbribus densis, & cōtinuis, & ventis collustantibus, Algeriani occasione arrepta, & fauēti sydere adiutati, eruperunt impetu magno, castræq; Cæsaris assiduis iactata calamitatibus, frigore, siti, & fame debilitata, & pluuiarum inundationibus stagnantia diripuerunt, Cæsare ab obsidione depulso non citra insignem iacturam, cum rerum, tum Illustrium hominum, Ducū exercitus, strenuorūmque militū, & instructissimæ classis. Tāta vero, & tam infesta Cæsari tempestas fæuit eodem anno circa principium Octobris. Vide Gaz. & Iouium.



**F R A N C I S C U S** Francisci Regis filius primogenitus, natus anno D. 1517. Franciæ Delphinas indole verè regia, & præsumptis à natura virtutis omnis heroicæ egregiis principiis, artium (quæ liberalem Principem decent) præcipue verò militaris disciplinæ studiosissimus, spē de se dedit mirabile. Sed dum contra hostilia Cæsariorum arma Massiliam versus, expeditionem parat, Lugduni obiter confidens, veneno necatus est à Sebastiano quodam Montis-Cuculli Comite, qui compræhensus, veneficiumque non diffessus, neque sceleris conscius, poenas luit, in quatuor partes mēbratim helciariis equis distractus. Hic Princeps ad hunc modum veneno intus cruciante male affectus, ardore tamen adeundi ad Prouincialia bella patris, vix Turnonem perlatus, magno omnium mcerore expitauit, anno suæ ætatis 20. mense Augusti, 1536. Vide Chron. Franc. & Paulum Iouium.

**C A R O L V S** Aureliæ Dux, Regalium liberorū ex Francisco Franc. Rege natu minimus, adolescens fuit perhumanus, liberalis, & magnanimus, præbito iam de se heroicæ magnanimitatis exemplo, in expugnatione Luodij, oppressione Arluni, Viretonij, ac Luxemburgi, omniūque locorum, castrorum, & arcium circū circa inuasione, munimento, confirmatione, præfido, & commeatu, anno 1542. Bellicosissimus hic Regis filius, in florentissimo dilectæ iuuentutis decore, acutissima febri properè extintus est anno 1545. Vide ut suprà.



**A L P H O N S V S** Daualus, Vuasti Marchio ex nobilissima Comitum Aquinatum familiæ ortus, literis & armis à pueritia exercitus, post mortuum in Prouincia Narbon. Ant. Læuam, Cæsarianæ militiae in Italia Dux creatus, & Imp. Legatus anno 1536. Casalium, primam Montisferrati urbem à D. Buriano Gallo captam, mirabili celeritate intra biduum illuc quasi per uolans recuperauit. Anno deinde sequeti, multis & magnis rebus gestis suam in rebus bellicis strenuitatem comprobauit. Reparatisque viribus Albam, Carmanolium, Cherium, Montemcalerium, omnēque circà regionem vastans cepit, Pignerolio etiam, ac Taurino obseffis. Verùm adueniens Delphinus Franciæ omnia rursus victor recepit, ipsūque Marchionem longè repulit. Expugnata deinde Montisdiuisi ciuitate munitissima, necnon Saluillano, & Salutio, aliisque locis, dum Carinianum victus commeatu instruere molitur, fortunam expertus est admodum finistram. Nam sub Cerifoliorum ignobili pago Frácorū virtute, & auspiciis Francisci Borbonij Anguiani, acie profligata, & maxima fuorum parte cæsa, vicit, & in fugam versus est anno 1544. Denique post certas pacis conditiones inter Regem Francorum, & Imperatorem confirmatas, decepsit vir maximus animi Alphonsus Daualus, anno 1546. mense Martio. Vide Gazium.

**M A R I A** Tarragonensis, seu Aragonia, Alphonsi Dauali Vuastensis Marchionis vxor, forma eleganti, nec minori gratia fuit. Verùm prudētia longè magis excelluit. Heroina pudicissima virum fecit pulchra prole parentem, liberis vtriusque sexus eductis, quibus etiam mature pater viuens promisum voluit. Vide ut suprà.



HENRICVS octauus, Angliæ Rex, patri Henrico septimo successit in Regno, anno Christi 1510. Qui traiecto in Galliam exercitu, Neruiorum urbem Tornacum certis conditionibus recepit: quam quinque post annis Francisco Valeſio Regi restituit, pactus filiæ ſuæ Mariæ connubium, cum Francisco Franciæ Delphino. Postea verò anno 1520. in Galliam reuersus viſendi gratia Regis Franciſci, pacem cum eō firmauit. Tragœdias verò turbulētissimas quas excitauit, quāſque ſequitias exerceuit, & in Clerum, & in suas vxores, nunc commemorare non libet: qui fufius hæc videre volet, legat Iouij primum, & secundum tomum, & Supplementum Chronicorum. Regnauit annos 36. & mortuus est anno 1546.

EDVARDVS sextus, Angliæ Rex supradicti Henrici filius, annos natus octo patri successit, anno mundi 5508. & à Christo nato 1546. Hic puer fuſſe dicitur ( quantum tulit ætas) multum eruditus, ac pius: pacis amantissimus, & animo ad tranquillitatem inclinato. Bononiam maritimam Henrico 2. Regi Franciæ reddidit, annos quinque prius occupatā à patre Henrico octauo. Inter eos denique post grauifima bella de pace conuentum est, iis legibus, vt odiorum veterum inter Gallos, & Britannos perpetua fieret amnestia: idque omnium Magnatum consensu, & populi diutinorum bellorum vtrinque pertäfi. Quæ ſanè pax, & concordia omnibus fuit quām gratiſſima. Vide Chronica Franciæ, & Iouium.



HENRICVS secundus anno 1547. die ſuo natali Martij vltimo, in regno Franciæ ſucceddit patri Franciſco Valeſio. Sequenti deinde anno, Scotis veteris iure amicitiæ fœderatis aduersus infenſantes Anglos ſuppetias tulit, hostilēmq; exercitum fudit, fœdus cū Heluetiis iam olim à patre initum denuo cōfirmauit, ac amplificauit. Deinde, arte, viribus, & impetu Bononiā maritimam ab Anglis occupatam adgrediuſſus eſt, captis omnibus quæ circumstabant arcibus: ſic vt Anglorum Regem ad pacem impulerit, dimiſſa Bononia. Postea verò multorū precibus alleatus Principum Germanorum, qui pro ſua libertate vindicanda ipſius opem implorabant: cum eis fœdus iniit: & in Germaniam ipſe Rex cum apparatiſſimo exercitu profectus eſt: & inter eundum Metas nobilifimam Lotharingiæ ciuitatem ſibi ſubdidit. Redeundo autem Danuillarium, Luodiū, Montem medium, & alia pleraq; oppida, & castella expugnauit, in quibus erat tutiſſimum hostibus profugium. Interim cum Rege rediit in gratiam Iulius tertius Pont. Max. Idem Rex Mirandulā tutatus eſt, Parīam ſtabiliuit, Senas, expulſis Hispanis, antiquæ reſtituit libertati. Dum hæc in Italia geruntur: Cæſar qui prudēter retro cefſerat, resumptis spiritibus, ad obſidionē Metarum ( quas prouidus Rex valētissimo strenuorum Ducum, Equitum, ac Militum præſidio firmarat ) reuersus eſt cum 10000. armatorum, vel amplius. Sed Gallorum virtute recedere iterum coactus eſt, re infeſta, multis fuorum ferro, fame, & frigore amiffis.

CATHARINA de Medicis, Henrici Regis coniux, virtutibus, morū integritate, ac pietate ſic excellit, vt tantū in Heroina encomion vix cuiquam credibile videatur. Propter quod populis honorata, Principibus grata, Regi ſuo viro ſupra modū eſt dilecta, quem ſex liberorum patrē in cōiugalis testimonium amoris iam effecit.




ANTONIUS Borbonius Dux Vindocinensis inclitus, Christ. Regis in Belgica legatus anno 1542. Turnæam arcem vi expugnatā solo æquauit, Ducem Riuū Atrebatii Gubernatōrē fugauit, captis plærifq; arcibus, & castellis intra Atrebatisum fines. Anno mox 1543. Insularium, & Bapalmam quantūlibet valido prop̄gnarētur pr̄ficio, simulque alia quēdam munitionis loca subegit, eaque ad tollēdum belli nidum, funditus diruit. Anno hinc 1552. cūm intellectusset Dux vigilansissimus sup̄a memoratum Heroa Riuū Imperatoris vices gerentem satagere ne Morinorum ciuitas annona, & cibariorum commeatu instrueretur, comparata ad hoc impediendū numerosa Flandrorum Belgarum expeditione, illi mox occurrit: vbi cæsis quām plurimis, nonnullisque captiuis: eodē momēto Castellum Comitum vi cœpit: maximū obſtaculū hostibus futurū. Regisque imperio idipsum subdidit. Sequenti mēse Decembri, Hedino per Legatum Riuū expugnato, repente fortissimus Heros tāto impetu, ac ardore adcurrit: vt intra breue temporis spatiū in pristinum statū restituerit. Deniq; inuictus hic & inclitus Princeps egregios conatus suos tantis animis, prudentia, & strenuitate persequitur adhuc nobis superstes: vt immensæ sublimitatis maiorem in dies spem ostendat.

JOANNA d'Albret Regis Nauarræ, & clarissimæ Principis illius Margaretæ Regiæ sororis filia vnica, Moliniis incredibili nobiliū & popularium applausu nupsit supradicto illustrissimo Duci Vindocinensi. Porro ea nulla ex parte à tantis, talibusque parentibus degenerat: quin protinus æmulatur moribus, ac virtutibus planè Regiis, & summo amore literarum, ac virtutum, quibus ipsa etiam est ornatissima.



EGWINARIUS Baro Iurisconsultus excellens, de iure etiā multos edidit libros plenos vtilitatis. Scriptis etiā in Quintiliani orationis institutiones, tabulas, vniuersam dicendi rationem quodam quasi fasciculo complectentes, quibus certè palam fit omnibus eum indefesso labore semper studuisse, vt literarum decūs & pr̄cipuè iuris prudentiaz augesceret & conseruaretur magis ac magis. Ius docuit apud Bituriges, tanta nominis fama & existimatione, vt ad eum audiendum plures discipuli, ex longinquis etiam regionibus, concurrerent. Floruit anno salutis humanæ 1542. eodem quo Alciatus, tempore. Scriptis de diuiduis & individuis obligationibus, seu stipulationibus: de seruitutibus. In Pandectas & institutiones commētaria edidit. Item quæstiones de iurisdictione: ad Digesta seu Pandectas manualium libros septem.

ANDREAS Alciatus Mediolanensis Iurisconsultus clarissimus, quanto ingenij acumine, quantoque scientia & eruditione valuerit, non opus est hic pluribus aperire. Fuit valde acutus & subtilis in scribēdo, pr̄cipuè verò in suis emblematis, quæ varias picturas circiter centum, tanquam hieroglyphica continēt, quorum significationem, quæ singulas sequuntur elegiaca epigrammata, argute explicant. Composuit infinitos prop̄ libros, partim de legibus, partim aliis de rebus, quæ ad humaniores literas spectare videntur. Edidit libellum de ponderibus & mensuris: historiæ encomium: in P. Cornelii Tacitum castigationes, ac difficultum aliquot locorū expositiones. Orationem composuit in laudem iuris Ciuilis, & alia plurima scripsit. Excessit è vita anno à reparata salute humana 1550.



ANDREAS Tiraquellus Iurisconsultus celeberrimus & regius in curia Parisiensi Senator, iure omnium suorum æqualium doctissimus erat existimatus. Laboris ingentis admodum patiens, scripsit & doctissimè quidem est interpretatus plures nobilissimos titulos iuris. Inter alia, scripsit super *tit. de legibus connubialibus & iure maritali*, magnum volumen inscriptum, de *utroque Retractu municipali & conuentionali*, opus maximi pretij & momenti: de *reuoandis donationibus*, in l. *si vnguam*, Item de *nobilitate & iure primogenitorum*, commentarios, & plures alias admirabiles iuri tractatus. Quod ad literas humaniores attinet, Dierum Genialium Alexandri ab Alessandro Iurisperiti Neapolitani, libros sex diligentissimè commentatus est, & commentationes suas in eumdem, Semestria appellat: opus ingens & valde utile quod quidem est præ manibus Gulielmi Rouillij, qui breui illud in lucem missurus est, ut studiosi hoc thesauro diutius abdito, huius opera, potiantur. Obiit Lutetiae, die 23. Decembris, anno salutis 1556.

P E T R V S Rebiffus celeberrimus iuri doctor & Comes, memoriā suā ita nobis cōmendauit, vt nemo non eius nomen summa cū laude celebret. Natus est circiter annū Domini 1500. in loco, de Ballanicis, nō procul à Mōtepeffulo, ex clara familia. Docuit celebriter in ciuitate Pietaueni, & Postea Lutetię professus est ius canonicum, à Senatu supremo ferè coactus circiter annū 1533. & ab hinc in supremo illo senatu causas forēses quādiu vixit, cū docendo, tū scribendo & cōsulendo exercuit. Fuit mitis, castus, sobrius, pauperum amator, fidei Catholice religiosissimus obseruator, ita studiis addictus ut sexagenarius literas Hebraicas & Græcas ediscere voluerit. Scripsit multa egregia opera in ius ciuale & canonicū: quæ quia sunt infinita, hæc pagina capere non potest. Obiit febre correptus die 2. Nouēb. 1557.




MARIANVS Socinus Senensis Iunior celeberrimus iuris professor, quanto ingenio quantaque doctrina emicuerit, testantur tot eius non minus elegātia quā grauia scripta. Docuit Pisī, Senis, deinde Patauij annos quā plurimos: postrem Bononiam euocatus, ibi summa cū laude semper est professor, in magna auditorum frequentia. Claruit anno Christi 1566. Scripsit tria magna consiliorum volumina. Commentaria quæ in celebrioribus Italiæ gymnasīis vulgo leguntur, & alia plura, quorum elenchum potes videre in Bibliotheca Gesneri.

HIERONYMVS Cagnoli patritius Vercellēsis eques & Iurisconsultus clarissimus, illustrissimi Ducis Sabaudiē Senator, ac professor Iuris Cesarei Patauij: de re literaria optimè meruit, vtpote qui ad promouenda studia legum, multa memoriae tradiderit scriptisque mandauerit, vnde non mediocrem honorem est adeptus. Scripsit de Origine Iuris. Item copiosam & subtilem interpretationē omnium legum tituli ff. de reg. iuris. Floruit circiter annum salutis 1540. Omnia eius opera in tres tomos distributa impressa sunt Lugduni 1569. in folio.

Rrr 5





**T H E O P H R A S T V S** Paracelsus Heluetius nouæ medicinæ author, Hippocratis, Galeni & Avicennæ institutis omnino contrariæ, maximos labores pertulit, ut humano generi prodefferet: maximè verò Leprosis, podagricis, pestis tēræ contagione affectis, Hydropicis & omnibus aliis, quorum morbis, Galeni sectatoribus, quos Barbaros vocat, succurrere difficile existimat. Docuit Basileæ magno stipendio inuitatus, libros, quorum ipse autor fuit. Dicitur fuisse, animi integritate, piétéque in egenos nulli secundus. Vixit annos **X L V I I I**. Anno Domini **M. D. X L I.** die **x x i i i i.** Septébris vitam cum morte mutauit: sepultus est Salisburge in Nosocomio ad S. Sebastianum, cuius lapidi, multa de eo præclara epitaphia conspiciuntur.

**I A C O B V S** Hollerius Stempanus Medicus, vir magnus, & suæ, id est Hippocraticæ artis ac doctrinæ peritissimus, scripsit multa, maxime verò est interpretatus & cōmētatus magni Hippocratis coacca præfagia, opus planè diuinū, & veræ medicinæ tanquam thesaurus, multum tēporis consumpsit in isto immenso labore, multásque lucubrationes reliquit, viginti plusquam annis iam exactis: sed mors immatura eius vitæ simul & laboribus finē imposuit. Vnde opus fuit ut Desiderius Iacotius Vandoperanus (adiectis, suo marte, libris **13.** ad idem opus commentariis, tribus sectionibꝫ distinctis ne nimis obscurum prodiret) illud perficeret, cùm multa essent perturbata & litoris deformata: multa imperfæcta. Id autem fuit diligēter & accuratè excusum Lugduni à Gulielmo Rouillio, anno **1573.** Florebat autem Lutetia anno **1550.**



**I O A N N E S** Fernelius Ambianus Medicus præstantissimus, nullū non lapidem mouit, ut rem medicam magis ac magis illustraret atque promoueret, tot aliorum exemplo, qui in medicina & docenda & elucidanda semper sudarunt. Scripsit, inter alia, de abditis rerum causis lib. duos: Medicinam ad Henricum **2.** Galliarū Regem: Cosmoteoriæ libros duos, impresos Parisis apud Colinæum: de naturali parte medicinæ libros septem: de vacuandi ratione, vnum. In eius Medicina cōtinentur Physiologiæ libri septem, de elementis, de temperamētis, de spiritibus & innato calido, de animæ facultatibus, de functionibus & humoribus, de hominis procreatione atque de semine Pathologiæ libri sex: Item Therapētices vniuersalis, seu de mendendi ratione libri septem. Floruit anno salutis **1547.**

**I A C O B V S** Silvius Medicus etiā inter alios celebris fuit: in quem multa beneficia collata fuere à Stephano Poncherio Baionensi Episcopo, tum integerrimo, tum doctissimo, ut ipse testatur in ea epistola, qua eius Præsulis dignitati dedicauit Ioannis Mesuæ medici præstantissimi interpretationem: opus equidem arduum & antè impeditum, nunc autem eius cura atquesumma diligentia expeditum atque expositum, ut iam doctis nō placere modo, sed etiam prodeesse possit plurimū. Vnde, quam noster Sylvius laudem meruit ex eo facile est perspicere, quod difficillimum sit rebus longa & obscura caligine mersis, & velut illuvie fordida obsitis, dare aut verius reddere splendorē. Maxima ei cum Manardo ætatis suæ medico etiam doctissimo intercessit familiaritas, qui quidem ipsius etiam Mesuæ obscuram & fordidam versionem potius quam Mesuen, emaculare alicubi & clatiorem reddere tentauit. Huius Silvij præceptor fuit in re medica Ioannes Tagaultius undequaque absolutus. Floruit anno reparatæ salutis humanæ **1557.**



HIERONYMVS Cardanus, Medicus Mediolanensis subtilissimus, multa scripsit tam acute & diligenter, vt meritò ab omnibus literatis, ob eius summum ingenium exactamque plurimarum rerū cognitionem, passim existimetur. Scripsit Arithmeticam absolutissimam: Practicam Arithmeticæ & mēsurandi singularem, Artis magnæ, siue de regulis algebraicis, librum vnu, qui & totius operis de Arithmeticā, quod opus perfectum inscripsit, est in ordine, decimus: de Sapientia libros quinque: de consolatione libros tres, ab authore recognitos: de immortalitate animæ, librū excusum à Gryphio, Lugduni anno Domini 1545. in 8. chartis 20. Contradicentium medicorū librum, continentem contradictiones 1081. de malo recentium medicorum medendi vsu, libellum, 100. errores illorum, continentem: & infinitos alios, quos hæc pagina non potest capere. Floruit anno salutis 1544.

IULIVS Cæsar Scaliger, Iosephi Scaligeri frater, vir magni nominis hic laudandus venit, qui de causis lingue Latinę 13. lib. scripsit: de comicis dimensionibus: commentarios in Hippocratis librum de somniis, adiecto etiam textu ab eodem conuerso: commentarios in libros duos, qui inscribuntur de plantis, Aristotele autore: plurima acutè & solidè confutauit ab Hieronymo Cardano scripta, in libris de subtilitate: composuit de Poëtica libros sex, varia eruditione refertos: commentarios in Theophrasti libros de plantis: veræ Alchimiæ artisque metallicæ circa ænigmata doctrinam certumque modū scripsit: de sapientia & beatitudine libros 8. quos Epidormides inscripsit: vnde & plurimis aliis frugiferis commentationibus magnam gloriam est assecutus. Floruit tempore Cardani.




PETERVS Andreas Matthiolus Senensis Medicus præstissimus, studiosis inseruire cupiens, scripsit de morbi Gallici curatione librum, per dialogū digestū, inter se & Franciscum Aligerum: Commentarios longè doctissimos in libros sex D ioscridis, de medica materia, qui sæpius Italicè editi, postrem ab ipso authore in Latinam linguā translati sunt. Adiectæ sunt innumeræ plantarum & animalium imagines ad viuum expressæ. Et quia in tanto opere nihil quicquam deest quod ad delationem & maximam non medicorum tantum & Pharmacopeorum utilitatem faciat, quæ duo, scripta quævis reddunt absolutoria & digna quæ in manus hominum doctorum & ingenuorum deueniant, Gulielmus Rouillius curauit, vt tam necessarium opus, viri doctissimi opera, in linguam Gallicam conuerteretur, eorum gratia qui Latinam ignorant. Hic plura alia literis mandauit quæ breuitatis causa prætermittenda censui. Floruit anno 1536.

DONATUS Antonius ab Altomari Philosophus & medicus Neapolitanus, doctissimus plura scripsit opuscula, quæ sparsa, fusa & mendis referta, in vnum cogenda & limatus imprimenda curauit: quod se fecisse profitetur, non vt eius opera essent præclara, vt ipse inquit, 'ingenij sui monimenta, sed vt amicorum petitioni satisfaceret, & fructus extarent oīij pomeridiani ad Gal. semper & Hippoc. mentem, ex eius instituto. Adiecit nouissimè suis operibus, vir studiosissimus tractatum de venæ sectione in utero gerētibus ad mentem Senis & Galeni lucidatum, atque recognitum. Demum de latitudine sanitatis opusculum: quibus vniuersa artis medicæ dubia à confusoribus dubia facillimè eluuntur. Floruit anno 1547.



AN D R E A S Vesalius, Bruxellenfis vir clarus, de re anatomica, & humani corporis fabrica, adiectis figuris, elegantissimè scriptis, cuius scripta medicis sunt in magno precio, vt potest quæ ad medicinæ perfectam cognitionem & praxim, necessaria esse dubium non sit. Scripsit paraphrasim in 9. librum Rasis ad regem Almásorem, De affectuum singularum corporis partium curatione. Item Epistolam, qua docet venam axillarem dextricubiti, in dolore lateralí secundam: aliam, qua rationem docet propinandi radicis Chynæ decocti, & tractat anatomica multa, quāvis titulus non promittat. Emendauit etiā translatio nē anatomicorū aliquot Galeni librorū, qui cū cæteris Galeni operibus excusi sunt Venetiis apus Iuntas. Floruit anno 1540.

IO ANN E S Argenterius, Castellonouensis, Medicus clari ssimus, Pisis rem medicam professus est: scripsit multa ad medicinæ perfectā notiriam spectantia. Quocirca censuimus eum inter viros egregios numerandum, eiisque imaginem studiosis promendā, vt ne huic tanto viro & de literis bene merito, sius aliqua ex parte honos deesset, qui tamen ex eius ipsius scriptis satis superque laudatur. Scripsit de consultationibus medicis, siue de collegiandi ratione librum: item de erroribus veterum medicorum, librum: præterea de somno & putrefactione contra Aristotelem, libellos nondum editos, vt existimo, Glosse mata in Aphorismos Hippocratis: Commentarios tres in artem medicinalem Galeni: De somno & vigilia, de spiritibus & calido nativo, libros duos, in quibus multæ veterum scriptorum ac recentium sententiaz expenduntur. Claruit anno reparata salutis humanæ 1550.



G V L I E L M V S Rondeletius, Doctor medicus, & medicinæ in schola Monspeliensi, professor Regius, & Cancellarius magnam est adeptus nominis existimationem in docendo. Scripsit de piscibus marinis plures libros, in quibus veræ piscium imagines expressæ conspicuntur: ita studiosus visus est rei medicæ, etiam calamitosistemporibus, propagandæ. Non potuit autem morte præuentus, Methodum suam curandorum omnium corporis morborum, prælo mandare, vt alia perutilia opera: sed factum est doctorum medicorum cura, vt ad fideliores quam fieri potuit exemplaris typum eadem Methodus excuderetur: quanquam pluribus in locis, non solum autoris sui iam defuncti, sed & diligentissimi emedatoris egeret censura. Deus enim omnia in omnes diuidit, alter vt ope alterius indigeat. Accedit igitur ante huius editionem, diligens opera & accurata prælectio docti cuiusdam Medici (Rondeletij olim perfamilialis) qui exemplar à se emendatum, cumque optimis exemplaribus collatum Gulielmo Rouillo diligentissimo typographo dedit excudendum. Hic fertur nunquam bibisse vinum. Floruit autem anno 1550.

H I P P O L I T V S Saluianus Typhernas Medicus Romanus, iure inter doctos censendus, qui librum scripsit de Aquaticibus cum iconibus seu figuris centum, et eleganter insculptis. Impressus est autem hic liber Romæ, in authoris ædibus, 1557, in filio magnæ chartæ. Floruit anno 1550.



MARCELLVS secundus Junior Politianensis Tuscus, Marcellus Ceruinus Ricardi filius, ex episcopo Neocastrensi præsbyter Cardinalis, tt. Sæctæ Crucis in Hierusalé à Paulo tertio factus, Carolo v. Augusto, sedit in Pontificatu, dies 21. Natus in oppido agri Piceni Montis Fani pridie Nonas Maij, anno 1501. creatus Romæ, v. Idus Aprilis, 1555. hora 24. à triginta sex Cardinalibus. Postridie coronatus. Obiit die Mercurij. Kal. Maij, inter septimam & octauam horam noctis precedentis. Vixit annos quinquaginta quatuor, menses undicim, dies viginti quinque: sepultus est ad Sanctum Petru: vacuitque sedes eo mortuo, dies 22. Fuit autem ducentesimus viagesimus septimus Pontifex. Vide Platinam; in eius vita.

P AVLVS IIII. Neapolitanus, Ioannes Petrus Carafa, Ioannis Alfonsi Matalunæ comitis filius, archiepiscopus Neapolitanus, ex presbytero tt. Sancti Clementis, presbyter tt. Sanctæ Mariæ Transtiberim, Episcopus Cardinalis Albanus, & Sabinus à Paulo tertio factus, Tusculanus & Ostiensis, à Julio III. Decanus, Imperatorib. Cæfare Carolo v. & Ferdinando Aug. sedit in pontificatu, annos 4. menses 2. dies 27. Natus est in oppido sancti Angeli de scala, IIII. Kal. Iulij, anno 1476. in Hirpinis, haud procul à Beneuento. Creatus Romæ, authore Farnesio Cardinale, à XLI. Cardinalibus, die Iouis festo Ascensionis x. Kal. Junij, anno 1555. hora XVI. Coronatus ad sanctum Petrum die dominico proximo VII. Kal. Junij. Ordinationibus tribus, mensibus Junio, & Decembri, factis. Cardinales creauit xix. presbyteros xx. & diaconos IIII. Obiit Romæ, die Veneris, xv. kal. Septembris, hora inter XXI. & XXII. anno 1559. vixit annos XCIII. mensem unum & dies xxi. sepultus ad sanctu Petrum, postea ad Mineruam translatus. Vacavit eo mortuo Romana sedes, menses 4. & 7. dies. Fuit Pontifex numero 228. Vide Platinam.



STANISLAUS Hosius, Cardinalis Polonus, Episcopus Vuarmensis, legatus Rotmani Pontificis, & Praeses in Concilio Tridentino, vir doctissimus, & fidei catholicæ accerrimus propugnator. Scripsit Confessionē fidei sapienter impressam & ab auctore nunc demū ita aucta, ut nouū opus videri possit. Hæc est tanti momenti, ut etiā è Latino in Gallicū idioma conuersa sit nuperrime à Ioanne de Lauardin. Scripsit præterea de expresso Dei verbo: Dialogum num calicē laicis, & vxores sacerdotibus permitti fas sit: & plura alia. Viuit adhuc Romæ, cum supradicto Azpilcueta.

MARTINV. ab Azpilcueta doctor Nauarrus, insignis & literarū cognitione præstas, pietatis obseruatiſſimus, & iuris Pōtificij cōſultiſſimus, ita vt in prælegēdo & interpretando eo iure in celebri Academia Corymbrenſi, primū locū obtinuerit, laudis alienæ minime cupidus: cū dicat in quadam epistola, huius usurpationem esse veluti notā furti, vt ait Iuriscons. in l. bāreditatum. §. fin. ff. ad l. falc. Is iam octogenarius, magno studio & labore proprio, versioni sui Enchiridijsiue Manualis Cōfessoriū & Pœnitentiū, incubuit: cū multi pro sua in Deū & républicā pietate, & in authorē benevolentia, Latinè, Hispanique callētes, sacræque Theologiæ & vtriusque iuris professores id præstare vellent, bonāque iam partē præstitiſſent: verū id non fecit gloriæ causa, sed vt plenius satisfaceret Reip. Christianæ, & quā plurimis vtriusque Hesperiæ viris, erudita pietate claris, auctoritate Pontificia Reuerēdiſſ, imo & Cardinalitia dignitate illuſtris, ad id eū vehementer exortāribus. Scripsit tractatum de redditibus beneficiorū, super ca. Quicquid 16. q. 1. quo docetur quibus vībus ſint impēdēdi, & quibus personis dādi aut relinquiēdi: de finibus humānorū actiū, tractatū: & plures alios libros ex quibus vir dignitate clarus non mediocrē laudem meretur.

Sss



**F R A N C I S C V S** Duarenus Iurisconsultus clarissimus, quē hæc nostra ætas proximè habuit, quandiu orbis diuina stabit prouidentia, celebrabitur. Quantū enim coluerit Iuris prudentiā, eiūsque studia promouerit, testantur tot eius grauissimi viri opera, quæ omnia edita sunt Lugduni apud Gulielmū Röilliū, qui hoc præstantissimū opus Iconū concinnè & verè, & Laconica breuitate confectū, elegantibus (vt solet omnia) typis excudendū curauit. Docuit in celebri Biturigū Academia, tōtque discipulos habuit, vt omniū tunc tēporis Iuris professorum facile princeps haberetur. Scripsit de in lité iurādo, iudiciisqne bonę fidei & arbitrariis cōmētariū. His adiicitur Decretū quod dā senatus Biturigū: scripsit Epistolā de docendi descendique iuris ratione: Apologiā de iurisdictione & imperio: libros octo de ministeriis ecclesiæ & beneficiis: super 1. & 2. ff. veteris: super 1. & 2. Infortiati: super 1. ff. noui: super 1. Cod. & plura alia. Eius opera omnia auctiora edita sunt Lugduni apud Gulielmū Röilliū. Claruit anno 1555.

**F R A N C I S C V S** Balduinus Iurisconsultus nobilis non parū luminis & ornamenti huic nostrę ætati attulit, ius per tot annos, ranta cū laude professus in omnibus fermè Galliæ celeberrimis Academiis, maximè vero in illa percelebri Andegauensium, in qua ad eū tanquā ad sacrū Apollinis oraculū, vidi plures cōcurrere, vt iuris difficilioris nodos solueret, dubia elucidaret, & secreta panderet atque summa facilitate referaret. Habuit is memoriā admodū fœlicē, fuitque in dicēdo grauissimus atque eloquentissimus. Tandē post multos exantratos labores in docēdo iure, cū Lutetiā euocatus esset à Carolo Nono Galliarū Rege, vt Poloniæ legatis responderet, qui in Galliā vernerant, inuidissimū Henricū Regis fratrē, nunc Regē nostrum Christianissimū nominaturi qui Polonis imperaret, cūque munus suū, cū maximo honore obiisset, fatis cessit anno à Mundi salute, 1573. Florebat anno 1560.




**P E T R V M** Victorū inter viros præcipuos & eruditos nōn infimū locū tenere, omnibus eruditis cōstat ex diuersis eius scriptis, quibus eloquentiā maximè coluit. Ciceronis libros castigauit, & adiecit explicationes castigationū. Denique hoc vnū curauit vir disertus & in omni literarum genere versatus, vt sui nominis memoria, nulla vnquā ætate, intercederet. Scripsit annotationes in Catonem, Varronem, Columellam: Cōmentaria in libros tres Aristotelis, de arte dicendi: variarū lectionū libros viginti quinque ad vtriusq; linguæ illustrationē utilissimos pariter iucundissimósque: orationē ad Iuliū III. Pōtificem Romanū habitā & excusam Florentiæ. Correxit Politica Aristotelis: scripsit etiā alios variarū lectionū libros 4. & plura alia. Hodie viuit & Florentiæ habitat, à Duce valdē amatus, propter eius summam doctrinam.

**M A R C V S** Antonius Muretus Lemouix, eloquentissimorū nostræ ætatis hominū numero iure adscribēdus est, cui pura, nitida & elegans oratio, eternam nominis gloriā peperit, prēter eius multiplicem eruditionem, qua Terentiū locis propè innumerabilibus emendauit, ac argumenta in singulas comedias & annotationes addidit, quibus tum correctionū magna ex parte ratio redditur, tū loci obscuriores explicantur. Scripsit etiā annotationes in Horatiū, Catullum, Tibullū, Propertium, Philipicas Ciceronis, & in Catilinā, orationes, multaque alia ad promouenda studia literarum. Huius extant Iuuenilia Lutetiæ excusa: oratio de studij Theologici præstantia: annotationes in Andriam & Eunuchum Terentij. Quintus Ethicorum Aristotelis, ab eo versus & annotationibus illustratus, & plurima alia. Viuit hodie & Romæ habitat maximè conspicuus.



**F R A N C I S C V S** Valeriola, præstissimus huiusce ætatis medicus, magnam est adeptus nominis existimationem, & artis peritia & Philosophie totius cognitione. Parua statura fuit, sed maximo ingenio, vt testantur eruditissima eius scripta: quoru extant in lib. Galeni de constitutione artis medicæ Cōmentarij. Enarrationes medicinales. Loci communes medicinæ , in tres libros digesti. Obseruationes medicinales lib. 6. Quæ omnia excusa sunt Lugduni apud Gryphium. Docuit Augustæ Taurinorum euocatus ab Emanuele Philiberto clarissimo Sabaudiae duce, vbi tandem postquam stipendiis satis magnis, per multos annos, tanta cum celebritate, ius professus est, fatis cefit nouissimis annis.

**I A C O B Y S** Dalechampius, Cadomensis, Medicus clarissimus, multis abhinc annis, Lugduni rem medicæ exercet, tata eius nominis fama & Reipublicæ Lugdunensis utilitate, vt omnes æquales suos doctrinæ præstantia & artis experientia longè supereret. Sed quid tantum dicā cū populi Lugduncensis salutem diuinis remediis tam celebriter curare, cuius nomen clarissimum nō solū vniuersam Galliā, sed plures alias regiones peruagatur, propter eius multiplicem eruditionē, & in medendo non dico solūm præstantiam, sed & facilitatē atque summā fœli- itatem? Multis profuit olim docendo, multis profuit scribendo: at pluribus propediem est profuturus diuinis eius cōmentationibus, & stupenda illa Athænei Græci Latina translatione . quam sese breui euulgaturum & prælis cōmissurū audio eum promisisse. Docuit, antequam Lugdunum sese recipere pluribus in Academiis, magna cū laude: transtulit è Græco in Gallicū sermonē librū Galeni de vsu partū, in Latinū verò, Theophrastū: restau- rauitque Pliniū. Vnde non minorē certè laudē, vt mihi videtur, quām ex medicinæ praxi meretur. Scripsit quoque de peste, & chirurgia libros aliquot utiles & pernecessarios.



**P I V S** Quartus Mediolanensis, Ioānes Angelus Medices, Bernardini filius, ex presbytero Cardinale tt. Sanctæ Pudentianæ presbyter tt. Sancti Stephani in mōte Cælio, post tt. Sanctæ Anastasiaz, post tt. Sancte Priscæ, à Paulo tertio factus, Imperatore Cæsare Ferdinando Austrio Augusto, & Maximiliano secundo Cæsare, sedit in Pontificatu, annos quinque, menses vndecim, & dies quindecim. Natus est die Paschæ, pridie Kalendas Aprilis, anno 1499. Mediolani. Creatus Romæ à XLIII. Cardinalibus, vii. Kalend. Ianuarij, die Martis nocte præcedenti, hora inter septimā & octauā prope finito anno 1559. Coronatus die Sabato proximo Epiphaniæ festo, viii. Idus Ianuarij, anno 1560. Ordinationibus quatuor, mēsibus Ianuario & Martio, habitis. Cardinales creavit XLVI. presbyteros xxxix. & diaconos vii. Obiit noctu, ante diem quartum Idiū. Decēbris, hora secunda: anno, 1565. ætatis 66. Vacauit, eo mortuo, sedes, dies viginti nouem. Sub eo Pontifice, Concilium Tridentinum xxv. sessiōnibus habitis, fuit absolutum & confirmatum. Fuit Pontifex numero 228. Vide Platinam.

**P I V S** v. Alexadrinus, Frater Michaël Gislerius ex oppido Boschi, Alexadrinæ dioceſis, Lombardus Insuber, ordinis prædicatorū, lector officij, sanctæ inquisitionis cōmissarius, ex Episcopo Sutriño, & Necefino presbyter Cardinalis tt. Sanctæ Mariæ super Mineruam & summus inquisitor à Paulo III. Papa factus, postea Episcopus Montis Regalis in Subalpinis & tt. S. Sabinæ, demum iterum tt. S. Mariæ super Mineruam à Pio III. creatus, Imperatore Cæsare Maximiliano secundo Austrio Augusto, sedit in pontificatu, annos 6. menses 3. dies 16. Natus XVI. Kal. Februarij, anno 1505. creatus Romæ à lij. Cardinalibus, vii. Idus Ianuarij hora 2. die Lunæ. Coronatus die natalitio suo, XVI. Calend. Ianuarij, in festo S. Antonij, ineunte anno eius vi- tæ LXII. super gradus ante basilicam Vaticanam ab Vrbinate Cardinale. Vide Platinam.



PHILIPPVS Hispaniæ Rex Catholicus, quot quātisque regiis virtutibus ornatus sit, indicant ea omnia quæ ad hāc usque diem præclarè egerit, quemadmodum vñusquisque ex historia rerū ab eo gestarum perspicere poterit. Iustitiam semper coluit & fidei Catholicæ super omnes alios reges fuit accerimus defensor, talēmque adhuc in dies, magis ac magis se profiteret: cūm tot præliis aduersus Imperatorem Turcarū, Christianæ religionis hostem tērrimū, dimicauerit: eaque de causa ut omnes de fide ortodoxa sentiat quæ par est sentire, omnibus christianis in religione constantibus & nouarum rerum minime cupidis, inquisitores instituit, qui populum suæ ditioni subiectum omnēsque alios in Hispania, ctiam ad tempus commorantes, in religionis catholicæ cultu & obseruatione, perpetuò contineant: multum enim interesse ad Regni gubernationem existimat, si populus ab Ecclesiæ sancte amplexu & gremio non discedat, & vt regia edicta, sic diuina obseruet. Plures hic duxit vxores, quæ fatis cessere: nunc autem matrimonio sibi iunxit Annam Maximiliani 2. Imperatoris nouissimè defuncti filiam, ex qua plures liberos suscepit.

ANNA Philippi Regis Hispaniæ vxor quarta, Maximiliani secundi Romanorum Imperatoris filia, ea pulchritudine est, à qua tamen grauitas non absit, ea prudentia, quæ utramque adæquet: benignitate & humanitate tata, quantam in principe fœmina quisquam viderit, iis denique virtutibus ornata, quibus maiorum claritati egregiè respondeat.



MARIA Regis Hispaniæ Philippi vxor prima, Ioānis Regis Portugaliae filia, aspectu, ad benevolentiam conciliandam apto, graui acutōque sermone, in omni actione mirè prudens, intra paucos annos, confecto vitæ cursu, ad æternas sedes, id est ad capiendum virtutis & innocentia suæ fructum, euolauit.

MARIA, Regis Hispaniæ Philippi vxor secunda, Henrici VII. Angliæ Regis filia, miram prudentiam, & seueritatem in omni vita persecuta, cūmque magni motus in Regno excitarētur, virili animo perduelles extinxit, quanquam intersacras virginēs educata, animo his cogitationibus exculta, nullam gerendi belli partem nouisset, sed nimurum defendantī catholicam religionem, Regiāmque maiestatem, Deus ipse malorum vltor affuit, Regnūmque in summa obedientia conseruauit.



ISABELLA Regis Hispaniæ Philippi vxor tercia, Hērici secundi Galliæ Regis filia, lēta facie, sic, vt iucunditatē intuētibus afferrer, dignitate tamen ea quæ Reginam deceat: quamdiu vixit, summa & benevolentia & obseruātia apud omnes adepta, multis naturæ, fortunæ, animi que bonis instructa, vim tamen fortunæ vitare non potuit. Patrem amisit, immatura morte ereptum: nec multo pōst, edito immaturi temporis infante, incredibili & Philippi Regis & omnium dolore decessit.



PHILIBERTVS Emanuel Dux Sabaudiæ & princeps Pedemontanus, amissio eius dominio, quod Rex Gallorum Henricus 2. obtinebat, diutissimè pro Carolo quinto Imperatore, aduersus ipsum Henricum dimicauit. Quid is egerit, præfectus Imperatoris exerciti, in obsidione Hesdini, satis notum est ex historia bellorum quæ inter hos duos potentissimos principes, totius propè orbis detimento, gesta sunt. Huius pater Carolus Dux Sabaudiæ, propriis sedibus & toto suo dominio expulsus, mortuus est anno salutis 1553: estque sepultus Vercelliis. Post eius obitum Imperator Carolus dedit Philiberto Emanueli, paterna hæreditate destituto, Comitatum Astenem, ut eo potiretur donec suam hæreditatem recuperasset, quæ illi postea fuit restituta omnino à Rege, qui etiā dedit illi nupti sororé suam vnicam Margaretam Francisci 1. Francorum regis filiam, quæ paulo post Henrici tertij è Polonia redditum in Galliam, fatis cessit, magno omnium luctu, & præcipue Ducis qui celebrè illam Augustę Taurinorū Academiā, in studiosorum usum instituit.

MARGARETA Valesia, Heroinarū omnium quotquot fuerunt longè illustrissima, pietate ac in omnes literatos homines præcipue Gallos humanitate ac liberalitate valde insignis, Christianissimi & inuictissimi illius Henrici secundi soror vni- ca, Philiberto Emanueli glorioſissimo Sabaudiæ principi, nupsit eodem tempore quo Elizabetha Franciæ filia natu maior, collata est in matrimonium Philippo regi Hispaniæ, quorum Hy menæorum ratione, pax sancita & confirmata fuit inter Imperatorem, Regem Hispaniæ, & Christianissimum Francorum regem Henricum. Hæc sanè digna est, propter eius virtutes infinitas, quæ omni quo, omni scriptis cumulatissimè celebretur.



FERDINANDVS Aluarez à Toledo Albæ Dux præstantissimus & multarū rerum experientia, omniū qui in Hispania fuerunt magnorum virorū maximus, à Rege catholico semper amatus fuit: & cum res Belgicæ malè se habeat, & Belge, Margaretæ Parmæ & Placentiæ duci illustrissimè nollent obtemperare, quæ apud eos Gubernatrix erat constituta, ab eodē misfus est, cum exercitu: vt magnæ calamitati iamiam ingruēti aliquod remediū adferret, vir prudens & ætate prouectior quam opus esset ad populum ferocem gubernandum. Hunc tamen cum armis domuisset, statua quæ eius ipsius imaginem referebat, in arce Antuerpiana erecta est, cum his literis lapidi infernè incisis, F. A. A. T. A. D. PH. II. H. A. B. P. Q. E. S. R. P. R. P. I. C. P. P. F. R. O. M. F. P. quarum hæc est significatio, *Ferdinando Aluarez à Toledo Albæ duci Philippi II. Hispaniarum apud Belgas præfecto, quod exiuncta seditione, rebellibus pulsis, religione procurata, iustitia culta, provinciæ pacem firmari, regis optimi ministro fidelissimo positum.* Cùm tamen in patriam reuersus esset, à rege euocatus, multa bella subsecuta sunt.

IOANNES Dux Moscouiæ, tanta præstantia & animi magnitudine suis subditis semper imperauit, tamque humaniter reipublicæ gubernaculis præfuit, vt eum sanè dignum existimauerimus, qui inter præstantissimos principes hic referretur, cuiusque vera effigies, & ad viuum expressa prōptuario nostro Iconum misceretur & cuius proponeretur, vt aliquid honoris, nostra opera, percipiat apud exterias gentes, quæ eius nomen & gloriam perpetuam ignorant. Hic perspè & quasi perpetuò bellum gerit aduersus Saromatas, aut Sarmatas, quod populi sint Moschis quos vulgò *Moschouites* vocant admodum finiti, vt meminit Lucanus libros 3.

- *Sæuisque affinis Sarmata Moschis.*



FRANCISCVS, huius nominis secundus, Rex Francorū, ætatis suę annū decimū sextū non excedens, patri inuictissimo Hērico successit, anno salutis 1559. Viuente patre, Mariā Stuart, defuncti Regis Scotorū filiam, vxorem duxit: cuius matrimonij ratione fuit etiam Rex Scotiæ. Decimo octauo die Septembris 1559. fuit sacratus, in solita vrbe, Rhemorum à Cardinale Lotharingiæ, eiusdem archiepiscopo. Hinc comitatus sororem suam, Lotharingiæ ducis vxorē, vsque ad Barleducū, Ambasiam sese recepit, iuxta quam conuenérunt quidam cum armis (vnde Ambasię tumultus paulò post prodiit) qui dicerent se suppllices ad Regem venire, vt ei quedam super religione & gubernaculo proponeret: verum, quod armati venissent, alij mortis supplicio affecti sunt, alij edicto regio sedari, recesserunt. Postea, habitu apud Fontembeleum consilio, cùm omnium ordinum, vulgo statuum, conuentum imperasset, aliquid finistri suspicatus, cum armis Aureliam profectus est, vbi cùm regni rebus affictis prouidere iamiam incipere vellat, in morbum incidit, ob catharri in aurem grauissimum defluxum, qui illum interermit die 5. Decembris, anno salutis 1560. iacētque in vrbe D. Dionysij, in sepulcreto auorum.

MARIA Stuart, defuncti Regis Scotiæ filia, Christianissimo Francorum Regi Francisco secundo, nupsit, antequam Regni gubernacula is teneret, superstite Henrico patre eius inuictissimo. Cū hēc esset Franciæ Regina, habita est ab omnibus omnium formosissima & virtute præstantissima: verum fortunę iniuriis, post regis obitum, in patriam reuersa, fuit obnoxia, & hodie, ob suspicionem alicuius facinoris, in carcere detinetur.



FRANCISCVS Letharenus Dux Guilius, princeps omnium virtutū genere clarus, in bello maximè præsttit, multaque victorias est adeptus. Nam ad Frugum, prope Rentiā ciuitatem quasdam Imperatoris turmas fudit fugauitque anno 1554. mensis Augusti decimo tertio. At Regis locum tenēs, mira industria & arte militari Caletum vrbum Regiæ ditioni subiecit, anno 1557. octauo mensis Ianuarij, quam Angli posse expugnari minimè existimabant. Anno 1558. vicefimo tertio mensis Iunij, Thionuillam iamdiu obsessam deditio[n]e cepit. Rex Franciscus secundus, in tumultu Ambosiaco, vt eius authores persequetur, suę maiestatis Locum tenentem eum constituit, anno 1559. At paulò post cùm Carolus nonus regnaret, eiisque regni ferè initio, prælium Druidense cōmissum est tanta huius Ducis prudētia & consilio, vt is victoriā Regi reportarit, anno 1562. 19. mensis Decembris. Anno subsequēte parata tam insigni victoria cum Aureliam obsessam teneret, à traditore Ioanne Poltrot fuit occisus 24. Februarij, magno Reipublicæ dispendio, & totius Franciæ luđtu acerbissimo.

ANNÀ d'Est, nobilissima & illustrissima familia orta, patre nempe Hercule generofissimo Duce Ferrariae, & matre Renata ex stirpe regia Franciæ, digna est quę propter singulares eius virtutes, hēc comitetur magnum illum Franciscum Lothrenum Ducem Guisium, cui primum data est nupti, peperitque ex ea copula hos nobilissimos & præstantissimos principes Henricum, Carolum & Ludouicum: vnde non minorem laudem meretur, quam ex nobilitate familiæ.



CAROLVS nonus Francorū Rex successit Francisco secundo fratri, anno Domini, 1560. Et qui ætatis suæ, vndecim annorū numerū non excedebat; Regina mater regni gubernaculis præfuit cū Antonio Borbonio Rege Nauarræ, maiestatis Regiæ summū Locū tenente: id quod omnibus Franciæ ordinibus, qui tunc Aurelię conuenerant pergratū fuit. Decimo octauo Maij, 1561. Carolus fuit sacratus, Rhemis à Cardinali Lotharingiæ Rhe morū Archiepiscopo. Paulo post bellū est exortū. Plures vrbes captę à nouæ religionis professoribus, quarū aliquot à Rege recuperatis, Rege Nauarræ in obsidione Rothomagi ad mortem vulnerato, pugna cōmissā, victoribus catholicis: in qua Cōdeus princeps capitur. Fit pacificationis edictū 19. Martij, 1563. & iūctis Regis & Condei copiis, Portus Gracie, quem Angli tenebāt capit. Paulò post, ortum nouum bellum & prēliū cōmissū, inter Lutetiā & D. Dionysiu, in quo Cōnestabilis Mōtmorencius ad mortē vulneratur. Denuò pax interuenit, quam paulò post subsecuti sunt noui & ingentes tumultus bellorū, quibus sedatis, Pacificationis edicto nouo publicato, xi. Augusti, 1570. Rex Meseriis, Elisabethā Austriā Imperatoris Maximiliani filiā vxorem dicit, & paulò post, fracto denuò pacificationis edicto, respublica Gallica miserè afflīctatur. Rex obiit 3. Iunij, 1574.

ELISABETHA Austria Imperatoris Maximiliani filia, Carolo nono Frácorū Regi nupfit, 26. Nouébris 1570. cui peperit filiam nomine Mariam Elisabetham. Fuit ea omnis virtutis, modestiæ, humanitatis & prudentiæ exemplar: quibus omnibus accedebat, & faciei, & totius corporis pulchritudinis summa præstantia.



JACOBVS è Sabaudia, Dux Nemorensis præstantissimus princeps, & rei bellicę laude & maxima sagacitate & prudētia, hostibus Franciæ, multis in locis, ardente bello, inter Imperatorem & Regem Francorum, sese fortissimè opposuit. Bellorum ciuilium flamas, quanta potuit diligentia restinguere semper conatus est, effecit que prudētissimè vt Rex Francorum, coniuratorum manus semel effugerit in vrbe vulgo, Meaux, vocata Lutetiae proxima, quæ illum iam iam intercepturæ videbantur. Moderatus est aliquot annos Lugdunensem prouinciam, rāta cum laude, vt meritò tantus princeps ab omnibus non dico tantum eius prouinciæ, sed etiam totius Regni incolis, existimetur. Hic, anno 1566. viduam defuncti Ducis Guisij duxit vxorem, quorū magnificentissimè nuptię celebratæ fuerunt ad sanctum Maurum fossarum prope Lutetiam, quibus etiā Rex interesse voluit.

ANNA d'Est, cuius nobilissimas virtutes superius attigimus, quę illam hoc tēpore reddunt tanquam splendidissimum lumen inter illustrissimas heroinas: secundò, in matrimonium locata est magnanimo Duci Nemorensi, qui ex ea suscepit filium generosissimum & paternę fortitudinis sestatorem.





M A X I M I L I A N V S secundus Junior Austrius Ferdinandi filius. à rege Boëniæ, Fræcfordiæ Rex Romanorū Cæsarque octauo Kalendas Decembris, 1562. creatus fuit, ibidemque coronatus, regnauit cum patre Ferdinando, per anni spatiū & octo mēsiū: quo tēpore, ordo militiæ S. Stephani Papæ in Insula Iluæ, à Cosmo Medice Florentinorum Duce institutus, à Pio 4. pontifice maximo cōfirmatur, & bella plusquam hostilia in regno Galliarū, ob religionē excitata, Ducis Guisij viri præclarissimi, acerba catholicis cæde, fedantur. Hic tanto amore non solum à suis sed etiā ab omnibus est (non immerito) prosecutus, vt humani generis amor & delitiæ, appellatus sit. Imperauit post patris obitū, annos plures, tanta cum moderatione & iustitia, vt erepti mortem omnes sui ægrè tulerint & defleuerint diū. Huius filia prudentissima Elisabetha collocata est in matrimonio Carolo nono Francorū Regi, qui filiam ex ea suscepit, quæ paulò post eius obitum, & matris apud suos redditum, mortua est.

M A R I A Caroli v. filia, Maximiliani ii. Romanorum Imperatoris defuncti vxor, Ferdinandi nurus: & Philippi, Hispaniarum Regis soror, ea pignora suis tradidit, quæ summorum, summæque familiæ principum nomina illis renouarent, idque viuens ipsa vidit, quod in maxima fœlicitatis parte omnes locandum putant, filias duas summis orbis terrarum Regibus in matrimonium collocatas. Hæc maxima sunt, quæque nescio an vnquam contigerint: sed maiora illa, quæ ipsi propria sunt, Pietas in Deū, charitas, qua tenuiores affiduè subleuat, & præcipuum studium catholicæ religionis: quæ posteritas non filebit villa.




S E L I M V S huius nominis secundus, Turcarum Imperator, post mortem Solimani patris sui, aliquamdiu occulatam in Hungaria, capta Zighet, imperio successit Mehemeti Bassæ industria, antequam patris mors patefacta esset. Hic Aimannum qui in Arabia rebellauerat, armis compressit, bellum Venetis intulit, rupto cum his foedere, & multis locis in Albania expugnat, Insulam Cypriam occupauit anno salutis 1571. Tandem commissa pugna aduersus confederatos, ingētem cladem accepit, classe à Christianis victa, sed paulò post eam restituit, fœdere rursus inito, cum republica Venetorum: & recuperatis in Africa, Aphrodisio & Guletta à Rege Hispaniæ anteà occupatis, mortuus est, anno salutis 1574. Porro hæc omnia quæ recensui, gesta sunt, dum laseiuus Imperator genio indulgeret, mulieribus & gulæ omnino deditus.

A M V R A T H , huius nominis tertius, Selimi filius, creatus est Turcarum Imperator, Imperioque potitus, post patrem mortuum diebus octo, anno salutis humanæ 1574. Immani & barbarogètis Turcicæ more, qui iamdiù inualuit, quinque fratres eius (proh Deū atque hominū fidem) interfici iussit, vt solus sine vlo metu & suspicione quæ reges plerumque comitari solet, imperaret: & vitam ageret pacificam, & omnibus impedimentis, quæ frequenter intellexerat posse interuenire inter plures confortes & in eadem propè fortuna constitutos, immunitum. Imperium cœpit gubernare iuuenis, annos natus viginti octo: religionis Mahumetanæ imprimis studiosus, eique vehementer addictus, quem constat iustitiae mirum inmodum obseruantissimum, Solimani eius aui imitatorem esse.



CAROLVS Philippi Hispaniarū Regis filius, qui paucis abhinc annis, nescio quo fato, interiit, dignus nobis visus est qui magnorum virorum catalogo hīc adscriberetur, tum quōd tanto patre prognatus esset, tum etiam quōd magni & generosissimi animi principem p̄ se ferret. Erat humeris paulò eminentioribus, facie satis decora, statura p̄grādīat ingenio tanto tamque alto pollebat, vt non nisi magna meditaretur. Equitabat lubenter & sep̄issimè: pius erat erga egenos, vt de eo proferatur hoc exemplum, Cum miles quidam veteranus & egens ad eū venisset petiſſētque eleemosynam, princeps eū interrogauit, quo sub principe militasset & stipendia meruisset, & cum respondisset se pro Carolo Quinto suo auo militasse: Tu, inquit princeps, dimicauisti pro principe magnanimo & suis nepotibus probitate, maiore: & tunc imperauit vt certa pecunia cum quibusdam vestimentis, ei daretur.

IOANNES Austriacus, princeps virtute p̄f̄stas & re bellica clarus, diu p̄fuit, magna nominis sui fama, exercitui à rege Hispanorum missō aduersus Turcarum Imperatorem, quōd Venetis & P̄tifici fœdere iunctis, belli socius, suppetias ferret. Vnde magni certè principis nomen est adeptus, rerum à se gestarum gloria: maximè verò insigni illa victoria, quam Christiani, in hoc bello eo duce, p̄flio maritimo, consequuti sunt, contra ingentes hostium copias: quibus deletis propè ad intercessionem, quindecim millia Christianorū liberati fuere è vinculis, multe naues capte, aliq̄ aquis obrutæ. Sed quid egerit nouissimis his annis in Belgas rebelles, à Rege Philippo missus, satis notum est ex historia quam de tumultu Belgico, & eius causa scripsit nuperrimè quidam Hispanus, translata & Gallico idiomate donata. Obiit apud Belgas, anno 1578.



JACOBVS Cuiatius, magnus Iurisconsultus Gallus, liberalibus disciplinis instructus, quibus pater eum à pueritia instituendum semper curauit, & literarū tū Græcarū Latinarū cognitionem adeptus, à domino Ferrario Iuris professore adductus est, vt Tholosæ legibus operam daret, in quibus paruo temporis spatio ita profecit, vt dignum sese reddiderit qui legendi gratia publicum suggestū ascenderet. Ascendit igitur illud, & tam fœliciter docuit iuuenis, vt ab omnibus fuerit admiratus. Porro tantam nominis famam, etiam initio consequutus est, vt omnes Gallicæ Academiæ supplices eum appellarent, Bituriges obtinuerint: apud quos aliquādiu docuit & suis discipulis multū satisfecit. Cadurci de in illum asciuerunt, postea Valentini Delphinate, apud quos vxorem duxit: denique tātum effecerunt Bituriges vt illum denuò euocarint. Augustam Taurinorū tandem ab illustrissima Margareta Valesia ascitus, cū ibi annum commoratus esset, multis precibus Valentiam reuocatus est: & paulò post à Rege Confiliarij officio, in sua Gratianopolis Curia, ornatus, in qua residere minimè teneretur. Sed cūm in Delphinatu bellum flagraret, Biturigū ciuitatem, desideratus repetit, cum vniuersa familia, vbi percharus est & ciuibus & omnibus legum studiosis. Doctissima eius scripta nulla eagent commendatione, quōd satis perspecta sint & omnium manibus terantur..

ANTONIVS Augustinus Hispanus, tam cognitus est & inter homines doctos celebratus, vt non opus sit eius summam doctrinam commemorare; quāquidem eius doctissimi libri in Ius Ciuale & Pontificium editi, satis testari mihi videntur.

Ttt



P E T R V S Ronsardus, Vindocineus Poëtarum omniū huiuscetate, quamuis infinitorum, longè princeps, nobili ortus familia, Poësim Gallicam eò extulit & doctissimis eius scriptis ita ditauit & ornauit, ut Vergilianę ferè vel etiā Homericę (unde tamen flores quosdā decerpst) iure cōparari ea possit. Quid enim tot eius Poëmatibus eruditius, quid ornatius? quid nuditius vñquam dici & iuueniri queat? Ex his, tanquam è limpidissimo fonte emerserunt Poëtæ infiniti in hac Gallia, quorum alij Poëtarum nomine iure possunt insigniri, alij Simiarū: quod inepti sint & ridiculi huius nostri Galici Maronis imitatores. Nam dum rithmi aut numeri, ex arte versificatoria, rationem habere sibi visi fuerint, inuentionem elegantem, dispositionem elocutionē, & fictionem ritè accommodata m (quę est Poëticę pars pręcipua) valere sinunt: denique res negligunt dummodò plura verba effutierint. Huius Ronsardi, Rex Henricus 2. & Carolus 9. Henrici filius, studia pręcipuè fouerūt, quibus vita fundatis, ferè semper tacuit.

P O N T V S Thiardus Matisconensis dignus est certè, qui virorum huiuscetate temporis doctrina illustrium numero ascribatur. Cum igitur esset in manibus eius effigies, eam hīc inserere non nolui, quamuis maiori laude dignū omnes docti eum existiment: verum summa eius eruditio, per vniuersam Galliā vel etiam alibi, ita est perspecta, ut eius laudes hīc decantare superuacaneum mihi videatur, cùm eius doctissimis operibus, tum Poëticis satis laudetur. Reges Galli semper illum amplexi sunt, & merito ab Henrico Christianissimo rege nostro, nunc amat, qui quidem nuper, ob eius merita, Episcopatu Cabullensi eum donauit.



I O A N N E S Stadius Leōnouthensis Mathematicus egregius & Astrologus, nostra tēpestate floruit. Hic eruditissimum librum Chronologiorum, & à doctis maximè desideratum inchoauit, quem tamen morte præuentus non absoluit. Idem nouam cælestium motuum diurnam dispensationem, quā vocant Ephemerides, euulgauit: nā cùm eas, quas primus Ioannes Regiomontanus, ignotas antea in lucem protulit: deinde Ioannes Stœflerus numeris ex eisdem hypothesis produxit: demū nostra ætate Cyprianus Leouitius splendida ac magna operis mole auxit: cælestium motuū momētis non ita ad amissim respondere, per frequentes ac diligentes obseruationes deprehendisset, earū emendationē est molitus. Idē operā in re Mathematica Serenissimo Sabaudiæ duci nauavit. Tandem Parisiis Regij doctoris munere, publicè Mathematicis disciplinis tradendis, maxima cum laude functus est, quo tempore & mortuus est, anno domini M. D. LXXIX. ætatis verò suæ LI.

F R A N C I S C V S Iunctinus Florentiæ ex Iunctinorū familia anno M.D.XXII. Nonis Martij natus est: qui cùm à parentibus ordini Ecclesiastico dicatus esset, sedulo est curatum, ut omnibus liberalibus disciplinis institueretur: in quibus per gradus omnes ita profecit, ut adolescens Doctoris Theologi in signibus summo cū omniū applausu decoraretur. Hic Lugduni tū concionibus, tum scriptis sæpiissimè de hæreticis splendidos triūphos reportauit: quod vel maximè ex disputationibus (qæ & exstant) de sanctissima Eucharistia habitis patet. Neque verò solū in re Theologica excellit: verū & quantū ingenio valeret in Hætruscis scriptis, Francisci Petrarchæ Epigrāmatibus illustrandis, adolescens ostendit. Sed licet in omnibus disciplinis neminicedat: in Mathematicis tamen cūctis, in Astrologia præfertim, plurimorū qui in ea præstare videntur, luminibus offici: quod plurima ab eo opera edita, & propediem, Deo dante, edenda manifestant.



GREGORIUS XIII. Bononiensis Hugo Boncōpaginus Presbyter Cardinalis tr. Sācti Sixti, 230. Christianorum Episcopus creatus, tertio Idus Maij, consecratus 8. Kalēdas Junij. Anno Domini 1572. Numeratur is ducēfimus & trigesimus Pontifex, cui cura omnis & cogitatio, de vtilitate ac salute communii: vnde summam apud omnes admirationem & auctoritatem obtinet. Difficile mihi esset, quā is in pontificatu vsque ad hāc diē instituerit aut egerit, subtiliter persequi: plus enim illa opera ac laboris desiderāt, & nos ab eo maiora in dies expectamus. Tantū dicam, quod res est, & de Pio v. prædecessore suo, iam dictum est, eum adhuc id religionis, iustitiæ, patientiæ, liberalitatis, grati animi specimen dedisse, vt si ei tam longa dabitur vita, quā longam & ex admirabili quadam ipsius virtutis temperantia sperare debemus, & tempus reipublicæ postulat, ad bene administrandam Dei ecclesiam consequentibus deinceps pontificibus exempla minimè defutura videantur.

RENATUS Biragus Mediolanensis ex nobilissima familia adolescēs adhuc in Senatoriū collegiū cooptatus est: qui honor Mediolani est amplissimus, postea verò legatus in Galliā ad Franciscū primū de maximis rebus missus, ab eo in Senatorum numerū Parisiensis curiæ est electus. Deinde Lugdunensi præfecturæ præponitur, quo munere administrato, in castris pecuniæ tractandæ questor summo cum imperio præficitur: paulo post publicorum sigillorū regni custodia ei demādatur, & mortuo magno Cancellario, in demortui locum sufficitur. Tot muneribus ciuilibus integerimē administratis, ad Ecclesiasticos quoque, eosque præcipuos magistratus adsciscitur: nam comitiis pontificiis maximo cum aplausu est Cardinalis renuntiatus: homo natus ad agendū, ac ita in negotiis pertractandis solers, vt omnia mira quadam dexteritate ex animi sententia tandem conficiat.



CAROLVS Lotharenus Cardinalis vñus est in toto orbe Christiano, qui præstantissimorum principū catalogo annumerari debeat, cū propter eius virtutem admirabilem, tum magnam eruditionem & eloquentiam, ecclesiæ præsidium, qui semper hēresibus & Ecclesiæ catholicae hostibus fortiter fese opposuit, cuius rei, doctissimæ orationes quas habuit, testimonium nobis proferunt. Concionabatur saepissimè, cum maxima auditorum frequentia, in suo Rhemorum Episcopatu, vbi per celebre gymnasium constituit. Galliæ reges optimo eius consilio semper vī sunt, sine quo nihil ferè agebatur. Henricus II. (qui eum magnis muneribus ornauit) Franciscus II. Carolus nonus Galliæ Reges vita functi, eum semper vnicè dilexerunt: Rex noster Henricus III. illum magni fecit, cuius maiestatem, in suo, è Polonis reditu, Lugduno, Auinionem sequutus est, vbi febre continua obiit, anno Domini 1575.

PETERVS Depinac Archiepiscopus & Comes Lugdunensis, primatum in Galliis obtinens, nobilissima ortus familia, nobilissimi ingenij & optimæ erga suos volūtatis specimē aliquod in dies magis ac magis edere videtur, ita vt eum rāto gradu, ad quem peruenisse illum videmus, dignissimum omnes qui illius generosissimam voluntatem agnoscunt, liberè profiteantur. Liberalis est erga eos qui eius beneficiis digni ab eo fuerint existinati: non enim ignorat, vir prudens, quomodo in quemuis quisque beneficia debeat collocare. Cæterū admirabili rerum propè omniū scientia & præcipue Theologiæ doctrina, pollet, & se talem reipsa præbet, qualē certè vult videri: tanta est enim eius probitas, vt quemadmodū autoritate & dignitate omnibus aliis præstat, sic vitæ & morum integritate facillimè omnes alios supereret. Quam propenso fit animo erga religionē catholicanam, & vniuersam Rempublicam indicat ea doctissima oratio, quam Bleſis, in publico ordinum Galliæ conuentu, habuit.



HE N R I C V S Borbonius Rex Nauarræ , patrem amisit cùm nondū adolescentiæ primos annos attigisset: & patre mortuo(ex vulnere accepto in obsidione Rothomagensi)mater eū accurate instituendum & formandum curavit. Deinde grandior effectus , cùm Rex Carolus Nonus esset in ciuitate Turonū, adductus est vt rege consentiente, nuptiæ fierent inter eum & Margaretam illustrissimam Regis sororem: & spōsione facta, 10. Junij 1572. cum pararentur nuptiæ , Regina Nauarræ huius mater,fatis cessit Lutetiæ: vnde maximum dolorem tulit filius, qui tamen decimo octauo Augusti,cum apparatu magnificissimo,in æde diuæ Mariæ, nupsit clarissimæ Margaretæ Regis sorori, nunc serenissimæ Nauarræ Reginæ. Hic post tumultum diei D. Bartholomei , reuocatus à Caluini doctrina , quorum dam virorum doctorum admonitionibus religionem , in qua fuerat à matre instrutus, adiurasse dicitur & Ecclesiæ Romanæ sese submisisse, quodquidem satis liquet ex instructionibus nobilissimi Ioannis Durefortij, Domini de Duras , qui missus fuit ad Pontificem, vt eius sanctitati & sedi Apostolicæ, eiusdem serenissimi regis voluntatem & obediētiā offerret: quod etiam apparet mādatis ipsius Regis, quibus subditis suis imperauit vt catholicè viuerent, & Ecclesiasticos, in pristinū eorum gradum quām primū restituerent. Nescio an eius dictis paruerint.

I L L V S T R I S S I M A Margareta Regis Henrici 2. filia, & Regū Francisci secundi, Caroli noni, & nunc Christianissimi Francorum & Polonorum Regis Henrici tertij soror, Henrico Borbonio Regi Nauarræ illustrissimo nupsit , decimo octauo Augusti, anno salutis 1572. omnibus regiis virtutibus & summa pulchritudine dotata.



R O D O L P H V S secundus Austrii Maximiliani secundi Imperatoris filius, nunc Imperator Romanorū, paternæ virtutis verè heres creditur, quòd eius vestigia, in moderandis imperij habenis sapientissimè equidem , ex quo pater vitam cum morte mutauit, sit semper sequutus. Vnde laudatissimi certè & prudentissimi Imperatoris nomen adepturus est qui Austriam gloriā, tā ingentē, tōtque tropheis insignitam , magis ac magis augebit, quique spem dat omnibus imperio subditis , futurū vt ab maiorū suorū præstantissimis virtutibus ne latū quidem vnguē discedat , & cū res præclaras & magno Imperatore dignas egerit, longè maiores etiam quotidie expectentur, vnde magni Imperatoris famam, omnis ætas sit celebratura. Fuit coronatus Imperator anno salutis 1576.

H E R C V L E S Franciscus Valesius , Dux Andegauensis, Henrici secundi filius & tertij nūc Regis nostri Christianissimi frater, virtute clarissimus, iisdem titulis prouinciisque potitur, cūibus, viuente Carolo nono, eius laudatissimæ memorie frater Henricus tertius potiebatur , antequam vtriusque regni & Poloniæ & Fraciæ fasces & imperiū suscepisset: quòd Rex charissimi fratris animum cognoverit erga se & Rempublicā valde propensum: quæ tot annorū spacio, cruentis bellis ciuilibus, latrociniis, exustionibus, rapinis atque incendiis labefactata , recreari cœpit ex quo Rex prudentissimus, eū suæ maiestatis Locum-tenentem constituit, & vniuersæ tanti Regni militiae præfecit. Nam post eius è Polonia reditū , cum quidam ab eius imperio defecisset, illustrissimus iste Dux, eos ita repressit, vt alios vicerit, alios ad deditiōē coegerit. Est tam addictus omnium virtutum generi, vt nunquam ociosus videatur, suisque prodesse maximè cupiat.



HENRICVS III. Christianissimus Francorū, & Polono-rum, Rex regni administrationem suscepit, post mortem fratris Caroli noni, anno salutis 1574. Nam in Polonia certior factus de fratribus interitu, in Galliam quād primum properat: id quod videre licet in libris de ea re impressis. Plures Galliæ primates, obuiā ierūt, vt eius maiestatem salutarent, eīque de tam scelici & pernecessario Gallis aduentu, summè gratularētur. Augustæ Taurinorū exceptus fuit valde humaniter à duce Sabaudiæ & illustrissima Margareta, vbi quasdam vrbes transalpinas Duci reddidit. Ibidem aliquid propositum de componendis Gallicis tumultibus, sed frustra, magno Reipublica damno. Interea Dux Mompensiensis princeps virtute clarus, nonnullas vrbes, in re-gione Piemontum, expugnatione capit. Rex Lugdunum vénit, magno Lugdunensium applausū & ouatione, sub finem Augu-sti, vbi edictum constituit, quoquidem his ignoscit, qui tempo-re fratris sui Caroli noni arma ceperūt inimica, promittitque, si sibi obedient, securum in priuatas eorum domos redditū. Fuit sa-cratus in vrbe Rhemorū, ab illustrissimo Cardinale Guisio, eius loci Archiepiscopo, 13. Februarij. 1575. & 15. die eiusdem mēsis nobilissimam Ludouicam Lotharenā clarissimi Comitis Vaudemontij filiam, sibi matrimonio iunxit. Cūmque toto hoc anno, omnia belli incendio flagrarent, & miserè populus à militibus vexaretur, huic humanissimus Rex opem tulit, Pacificationis Edicto publicato Lutetiæ 14. Maij 1576. Deum precemur vt tā-tus Rex diutissimè Galliæ cōseruetur, viuatq; annos Nestoreos.

LOUDOVICA Lotharena, clarissimi Comitis Vaudemō-tij filia, Christianissimi Francorum & Polonorum Regis Henrici tertij vxor, tantum præstat ceteris omnibus heroinis formæ admirabili & prope diuina elegātia, quantā animi sublimitate nobilitate, morūque & grauitate & humanitate plusquā insigni.



JOANNES Antonius Bayfius à secretis Regij cubiculi, oriundus à stirpe doctorū hominū nobilis Bayfiorū familie, ex Andegauensi prouincia, egregius poeta Græcus, Latinus & Gal-licus, inter primos fuit qui terrum illud ignorationis monstrum fugans è Gallia, intrōduxit veterē illā ac iucundā Græcorum ac Latinorū Poësin, mensurāmque carminū cum orthographia metris accōmodata: idque ad cōmunē Musices vsum. Et vna cū Petro Ronfardo & Remigio Bellaquæ (qui vno fere tempore tanquā ex equo Troiano, vt fertur, ē schola Io. Aurati prodier) Callimachum, Pindarū, Horatium, excitauit ē mortis caligine. Immensa suæ doctrinæ & eruditioni indicio sunt eius opera, edita & edenda. Viget adhuc Parisiis scribens perdocta poemata, quæ breui editurus est in lucem.

BERNARDVS Girardus Dominus de Haillan, à Secretis Regis, & eiusdem Historiographus, elegāter scripsit Gallico idiomate historiam regum Fraciæ, ab eorū origine ad Carolum vsque eius nominis septimū, antea fere mendosam, ob assentationem Galliæ scriptorū erga suos reges, & incuriā externorum, aut eorundē male affectum in nostrates animum: seu certe propter æmulationē aliquam, qua detrahebat nationi Gallicæ. Veritatem (oculū historię) pro scopo habuit, ad quā omnē suam ita retulit industriam, vt (quando de Regibus, ministris, magistratis & subditis sermonē instituit) deprimat ea quæ digna vituperio sunt & reprehensione, & efferat quæ laudem in iis cōmereri iudicauit. Virtuti præmium suum, hoc est laudem, vitio vituperationem deferens. Neque vñquā regibus suis & nationi proptiq; adulatus est, ne mutilatā aliqua parte faceret historiam suam. Ideoque veri & integri Historici nomē adeptus est. Scripsit & alia pleraque Latinè & Gallicè, cūm numerosa tum soluta oratione: quæ omnia digna lectione sunt, & p̄cipue is liber qui de Statu & successu rerum Gallicarum inscribitur.



FRANCISCVS Belleforestus Comming. ob editionem  
Cartaïdos, Tragicarum enarrationum, Cōcionam militarium,  
Historiæ vniuersi orbis, Cosmographiæ, Annalium Franciæ, &  
innumerorum aliorum operum quę edidit, iure dici potest Or-  
namentum linguae Gallicæ. Nec minus hunc mirabilem reddit  
summus in dicendo lepos, quam eius labor assiduus. Scripsit  
enī (cum vix annum ætatis suę quadragesimum attigerit)  
plura volumina quam quiuis alius, & scribit quotidie. Catalogo  
suorum operum habebis in Bibliotheca Gallica Antonij  
Verderij.

ANDREAS Theuetus, Engolismensis, Cosmographus  
Regius, terras veteribus & neotericis ignotas perlustravit, cum  
nullus antea fuisse ausus optare, ne dicam aggredi nauigatio-  
nem ultra nostrum Tropicum. Atque hoc iter suscepit ad  
quatuor mundi partes per spatium 17. annorum persecutus;  
Cosmographiam construxit, in qua mira refert: quod opus excusum  
est in folio & in duos diuisum tomos, Parisijs apud Pe-  
trum Lhullier, & Gulielmum Chauldiere.



PETRVS Primaldayus, Andegauensis, Scutifer, dominus  
à Primaldaya & Baërea, Academiam Gallicam scripsit in qua  
per Dialogum non minus docte quam ornatè de recta morum  
informatione, ac de ratione bene beatéque viuendi in quois  
vitæ genere disputat. Atque huius operis beneficio debet in eo-  
rum numero constitui qui sua ætate floruerūt in bene dicēdo.  
Eoque maiore laurea dignus est, quod armis dat operam & li-  
teris. Prior huius Academiæ pars tam fœliciter excepta fuit ab  
omnibus iis qui fauent literis; vt motus fuerit ad editionem al-  
terius partis, quæ simul typis mandata est.

ANTONIVS Verderius, Scutifer, dominus Vallispriua-  
tæ & Luriaci, Regis consiliarius & Ærarij Regij apud Lugdu-  
nenses Antigraphæus, oriundus ex Verderiorum familia Fore-  
siensis prouinciæ; orbatus cum esset patre menses tres natus,  
Mater eius nomine Omnisanta Terrassa, curavit postquam  
grandior euasit paulò, vt institueretur in literis: in quas tam  
amico fuit animo, vt nihil præter virtutem & sciētias amplecte-  
retur. Magna fuit suorum expectatio de illo: & nisi rei Familia-  
ris administrationem suscepisset, vxorem dicens annum agens  
duntaxat xix. dici non potest quantos fructus percepisset.  
Quamuis ab eo tempore literarum studia commisicit cum di-  
sciplina militari & publicorum munerum administratione: nec  
parum profuere vigilæ suę, ex quibus scripta permulta emana-  
runt: videlicet, Poemata Gallica, Prosopographia, Variae le-  
ctiones, in Aristophanis Plutum comment. Bartholomæi Tegij  
responsa, Bibliotheca Gallica, Imagines deorū qui ab antiquis  
colebantur, partim ex Italico sermone in Gallicū versæ, partim  
de propria industria adaucta, & alia pleraq; Habet etiā præ ma-  
nibus Senecæ philosophi omnia opera in Gallicā linguā versa,  
cum annotationibus & scholiis, quæ breui in lucē editurus est.



IOANNES Gorreus Parisiensis, Doctor Medicus, Latine scripsit Definitionum Medicarum libros x x i i i. literis Græcis distinctos, & iuxta Alphabeti ordinem. Ex Græco etiam Hipocratis Iusurandum, De arte, De antiqua medicina, De medico, Latina ciuitate donauit. Vitam cum morte commutauit non multo postquam Christianiss. Henricus i i i. Regni Franciæ suscepit gubernacula. Quantæ doctrinæ erat testantur nonnulli versus Iacobi Greuini eius discipuli in limine Poematum Theriacan, & Alexipharmacan Nicandri Poëtæ Græci ab eodem Greuino è Græco versibus Gallicis expressorum & eidem Gorreo dicatorum.

L A V R E N T I V S Ioubertus, Valentinus Delphinus, Medicus Regius, post obitum Gulielmi Rondeletij professoris Regij & Cancellarij in schola Monspeliensi, in huius locum suffectus est, tanquam omnium qui tunc ibi degebant dignissimus: quod munus exercet noctem tempore: nec minus celebratur eius experientia in re medica, quam doctæ & exquisitæ illius Lucubrationes quas edidit tam in Latina quam vernacula lingua. Has videre licebit in Bibliotheca Gallica.

## APPENDIX



## APPENDIX ALIQVOT IMAGINVM

A N T I Q V A R V M.

GVLIELMVS ROVILLIVS  
LECTORI.



Oc nostro qualicunque Iconum Promptuario ferme ad exitum perducto, oblate nobis fuerunt pauca aliquot Illustrum virorū, qui iamdudum emicuerūt, effigies. Quas, quod pauca admodum essent, nonnullis aliis, prout nobis diligenter inuestigantibus reperire licuit, augere conati sumus. Eas ergo sub finem huiusc de Iconibus Libelli, velut additamentum, Benevolentie tuae offerimus. Quibus interea frui poteris: dum proxima editione singulas, ordine suo, ac tempore quo illustres illi viri floruerunt, inseri ac disponi, Deo auxiliante, curabimus.

Ttt 5





HIPPOCRATES domo & genere Doriensis, yrbe Cous, Heraclidæ & Phænaretis filius, natus est primo anno lxxx. Olympiadis, anno scilicet mundi 350 s. vt computat Funccius. Vir ingenio summus & dignus qui medicinæ præcepta, sparsæ vndique & dissipata, primus in ordinem redigeret, diuinisque suis scriptis illustraret: in quibus nullum est verbum, quod non ex penetralibus naturæ depromptū, & profunda sapientia imbutum esse videatur. Populares suos Græcos tanto est amore prosequutus, vt ad Artaxerxem Persarum regem, quamuis maximis donis ab Hystanide Helles pontiorum præfecto euocatus proficiisci noluerit. Mortuus est Larissæ, post Democritum, annos natus centum & quatuor: vel vt alij referunt centum & novum. Honores eosdem cum Hercule à grata Græcia obtinuit, quod vementem ab Illyriis pestem prædictisset, eique malo per discipulos suos occurrisset, vt Sabellicus scribit libro decimo, capite octauo. Statua ei posita, capite tecto pileo. Filios reliquit Thessalum & Draconem.

HERODOTVS Halicarnasseus (vt author est Suidas) clároque apud suos genere ortus, quem Cicero libro secundo de Legibus patrem historię appellat, anno mundi 3522. vt supputat Funccius, Græcè scripsit historiam libris nouem, quoru quilibet Musæ nomine inscribitur. Cœpit à Cyro Persarum rege, vt scribit Volater. lib. 15. Anthrop. Fuit omnibus tyrānis infensissimus. Quare cùm patriā à Lygdamo tyrranno videret occupatā, secessit in Samū: eoque extincto, quū ad suos rediisset, inuidie obnoxius factus, sponte Thuriū. Atheniensium coloniā in exiliū profectus est, ubi etiā mortuus esse dicitur & sepultus. Plinius asserit lib. 12. cap. 14. eū Thurij historiā scripsisse: & quidē Ionicè eam confecit, laxior Thucydide. Quapropter hunc Liuio, illum Saliustio, Quintilianus comparat.



THEOPHRASTVS Eresius Aristotelis discipulus fuit, magistrū imitatus est, & in Physicis multa scripsit: præser-  
tim verò doctissimos illos commentarios de plātarū historia &  
causis. Plurima sortitus est nomina: primū enim Tyrtamus ap-  
pellabatur: deinde Esphraustus est appellatus, & postremo Theo-  
phraustus, ob oris & eloquētię suavitatem propemodū diuinam.  
Hic Peripateticorum doctissimus & eloquentissimus fuit, Ari-  
stotelis præceptoris in schola successor, qui quidem dicere sole-  
bat, doctum hominē ex omnibus solū neque alienis locis pere-  
grinū esse, neque in opere amicorum. Habuit discipulos ad duo  
millia. Opera eius à Diogene commemorantur. Floruit anno  
mundi 3645. Excessit è vita admodum senex. Vide Laertium,  
Suidam, & Strabonem.

ÆSCULAPIVS Apollinis filius fuit, cui plerique inuē-  
tū medicinę referūt acceptū: at potius Apollinem eius patrem,  
primum esse qui medicinę usum attulerit dicendum est, vnde  
meruerit deitatem: idcirco dicit Ouidius libr. i. Metamorph.

*Inuentum Medicina meum est, opifexque per orbem  
Dico, & herbarum subiecta potentia nobis:*

Sed filius qui Romā adductus fuit, anno mundi 3573. urbis 461. in ea adeo excelluit, vt mortuum Hippolytū fingatur ad vitam  
reuocasse, & Androgeum Minois filium, ab Atheniensibus in-  
terfectum, vt recitat Propertius lib. 2. Hic fulmine iactus periit,  
quod medicinę arcana discipulos docere noluisset: vnde ars  
medica per quadringentos annos, usque ad Hippocratis tépo-  
ra (qui eam erexit) intermortua, magno hominum detimento,  
iacuit.



**TITVS** Liuius nobilis historiæ Romanae scriptor, patria Patauinus, natus est anno ab urbe condita d. c. xiiii. anno mundi 3095. Huc Caius princeps tanquam verbosum insectatur: Pollio vero tanquam Patavinitatem redolentem. Quintiliano maximè laudatur, eumque Herodoto comparat, in cōcionibus pr̄sertim: siuadētque pueris ediscendum, ut Ciceronis imitator. De hoc Hieronymus ad Paulinū sic scribit, Ad T. Linium lacteo eloquentiæ fonte manātem, de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus, quosdā venisse nobiles legitimus, & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditū omnibus seculis celebrandū que miraculum, ut tantā urbem ingressi, aliud extra urbē quærerent. Excessit Paduæ, anno quinto imperij Tiberij, ætatis auctem 70. mundi, 3983. salutis nostræ, 21.

**DIOSCORIDES** Anazarbeus Medicus, magnæ existimationis, Marci Antonij & Cleopatræ familiaris fuit. Scripsit plura ad medicinam maximè spectatia: libros 3. de medica materia & vñum de lethalibus venenis; eorumque præcautione & curatione: deque notis quæ morsus ictusue animalium venenum relinquuntur, & eorum curatione. Eiusdem extant à capite vsque ad pēdes libri duo Græci, in Bibliotheca Augustæ Vindelicoru, libri duo de medicamentis simplicibus paratu facilibus, secundum morbos & affectus corporis digesti, extant etiā manuscripti Græcè in Bibliotheca Augustana, quos Ioannes Moibanus medicus transstulit, & opus propter ipsius immaturam mortem, nondum absolutum Conradus Gesnerus perfecit. Additæ sunt annotationes & Græcus contextus. Dioscoridis item & Stephani Atheniensis medicorum Alphabetum Empiricum Græcè manuscriptum aliud à paratu facilibus Diocoridis, extat apud Gasparum Vuolphium medicum. Ferūtur & multa alia Dioscoridis. Floruit circiter annum mundi 3918.



**CORNELIUS** Celsus vir doctus scripsit de Arte Rhetorica, de rerustica & de medicina. Verum ad nos tantum eius medicina peruenit oratorio modo conscripta. Volaterran. lib. 14. Sub primis Cæsaribus vixit, quo tēpore Latini sermonis puritas & elegantia efflорuit. Ius ciuale & Philosophiam monumentis illustravit: rei militaris, & rei rusticæ libros edidit: qui & dignus (ut ait Fabius) vel ipso proposito, ut eum illa omnia tenuisse credamus. Columella scribit eum fuisse nō solū agri colationis, sed etiam vniuersæ naturæ prudentē. Fabius Quintilianus in Rheticis quamvis artis æmulus Celsum perstringat, tamen ipsa veritate coactus, eruditum virum appellat libro nono, & sequenti sic tradit, Scripsit nō parum multa Cornelius Scepticos secutus, non sine cultu ac nitore. Plinius vero sāpē Celsum inter authores retulit, in indice libroru qui primus inscribitur. Apud Marcellum Empiricum autem, quædam Epistolæ Celso falso tribuuntur.

**STRABO** Amaseus Philosophus, insignis Geographus extitit, quī temporibus Augusti & Tiberij claruit. Scripsit commentarios Geographicos, qui etiam hodie omniū manibus terruntur. Huius Geographicorum libri septendecim, olim ut putatur, à Guarino Veronensi, ac Gregorio Tifernate Latinitate donati fuere, ac denuò à Conrado Heresbachio recogniti, ac plerisque locis, de integro versi fuere. Epitome etiam eorūdem librorum, incerto authore, in Latinum sermonē è Græco conuersa, Hieronymo Gemusæo interprete. Opus excusum est Basileæ, in officina Curionis 1539. idem Græcè excusum Venetiis apud Aldum 1516. & Latinè ibidem 1511. Basileæ, Græcè & Latinè è regione duabus columnis. Idem rerum Geographicarum libri 17. à Gulielmo Xyandro recogniti & emendari & ab eodem in sermonem Latinum transcripti, adiectis annotatiunculis ibidem editi fuere anno 1571.



**P H I L O** Iudæus Philosophus fuit clarus, Alexadriæ natus, disciplinisque omnibus eruditus, & in nostra & Græcorū philosophia bene versatus: eloquentiæ autem Platonicæ tam diligens æmulator, vt illud vulgò de eo iactaretur, οὐλατῶν φιλωνίζει φιλωνίζει, id est, aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat. In diuinis autem legibus, & patriis institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum tradidit monumētis, indicatur. Temporibus Caij, quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus absoluit, quibus & suam legationem, pro Iudæis, apud Imperatorem retulit, quam obiit, sub Pontio Pilato Iudææ præfecto, anno mundi 3993. Christi, 31. triennio antè quām pro peccatis nostris pateretur. Iosephus huius legationis meminit libro 18. Hunc Porphyrius quoque libro quarto, magnis laudibus est prosecutus.

**S E N E C A** natione Hispanus fuit, patria Cordubēsis, Academicus Philosophus & Neronis præceptor: à quo diuiniis ingentibus auctus, quum in Pisonianæ cōiurationis suspicionem venisset, eiusdem iussu incisis venis, mortem obiit, anno ab vrbe condita 818. Christi 68. mundi 4030. Fuit & alter Seneca tragicus Poëta, cuius fabulæ decem ad nos peruererunt. Vtriusque meminit Sidonius Apollinaris ad felicem,

*Non quod Corduba præpotens alumnis:  
Facundum ciet, hic putet legendum,  
Quorum unus colit hispidum Platona,  
Incassumque suum mouet Neronem:  
Orchetram canit alter Euripidis,  
Eictum facibus Aeschylum sequetus,  
Aut plaustris solitum sonare Thessim,  
Qui post pulpita trita sub cothurno  
Ducebant olida patrem capelle.*



**P L I N I V S** secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vndeclimi Romanorū Imperatoris vixit, cuius negotia administrabat, anno mundi 4032. Christi 70. Noctibus verò & succisiuis (vt ipse inquit) temporibus opus de rerum natura cōscripsit, unus omnium parcissimus temporis. Periit in mōtis Vesuuij incendio, dum eius causam indagare & curiosius inuestigare cupit, circiter annum ab Vrbe condita 832. Eius vitam diligentius narrat sororis filius Cæcilius Plinius, cuius extat liber Epistolarū, & Panægyricus, Traiano Cæsari dicatus, quo illi gratias agit Cōfus ab eo factus. Quintilianus filiam dote iuuit, & Martiale Poëtam secedentem viatico prosecutus est, vt ipse testatur in epistolis. Volater. lib. 18.

**I O S E P H V S** Iudæus conscripsit Græcè antiquitatis Iudæorum historiā libris viginti, ab exordio mundi usque ad decimum tertium annum Domitianus: bellū verò Iudaicum cum Romanis gestum scripsit libris septem: anno ab vrbe condita, 845. vt ipse docet in peroratione antiquitatum: Nonio Aspreana & Flauio Clemente consulibus, anno mundi 4057. Christi, 95. quo tempore agmina Hæreseon exorta, Menandro Simonis Magi discipulo, & Cerintho quodam, autoribus. Quin & Ebionei eo ipso tempore exorti sunt: de quibus Ireneus scribit lib. 1. cap. 21. & sequentibus.





**IV VENALIS** Aquinas, Poëta insignis, discipulus fuit Frontini Grammatici, qui quidem scripsit quinque libros satyrum, sed non inueniuntur, quod eorum iactura sit facta, exceptis sexdecim satyris, in lucem ubique editis, propter magnam authoris celebritatem, in eo versus genere, in quo „Lucilio cæterisque Poëtis Satyricis, qui ad hoc usque tempus fuerūt; longè acrior fuisse palam est omnibus.. Vixit tempore Martialis, cum quo maxima ei intercessit familiaritas. Obiit in Ægypto 80. annis natus, floruitque circiter annum mundi 4060. & Christi 100.. Vide Gesnerum in sua Bibliotheca..

**GALENVS.** Pergami natus, patre Nicone insigni geometra & architecto diuite, cuius præceptor fuit Pelops, ut ipse testatur libro quarto de Locis affectis capite 7: & in libr. de Atrabile. Vixit Romæ temporibus Traiani, Comodi & Antonini Pij Imperatorum anno mundi 4100: salutis verò humanæ 140. Plurima scripsit in Geometria, Dialectica, Rhetorica, Philosophia, maximè vero in Medicina. Itaque Auerroes in S. Colle&t. illum omnibus medicis anteferre non dubitat. Vixit annos 70. secundum Stidam: alij 140: annos afferunt, ut testatur Cælius lib. 16. Antiq. lect. cap. 40. In patria tandem fatis cessit.



**ORIGENES** Damascenus vixit tempore Séueri Imperatoris circiter annum mundi 4160. & Christi 210. Erat tanta doctrina cumulatus, ut omnes eum admirarentur tanquam in omni literarum genere consummatissimum. Quod ad Theologiam attinet, quantum in ea valuerit testatur eius scripta, & Commentarij in magnâ partem veteris & noui Testameti. Si plura de eo, Lector videre voluerit, consulat Titem librum de Scriptoribus Ecclesiasticis, legatque vitâ eius quæ est in principio eius operum quæ Lutetiae edita fuere, anno 1574. Poterit etiam videre Bibliothecam Gesneri.

**TERTULLIANVS**, Afer, Centurionis proconsularis filius Theologus primus Christianorū, qui Latinè scripserunt, multa opuscula conscripsit, maximo eloquentiæ splendore, in quibus indicat, animâ immortalem quidem esse, sed eam effigiatum corpus esse contendit, neque hanc tantum, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum, neque tamen hinc hereticus creditur esse factus. Fuit acris & magni ingenij, ut pote qui res diuinæ & humanæ probè calluerit. Docuit enim, in maxima celebritate Rheticam apud Carthaginenses. Huius scripta beatissimus martyr Cyprianus in tanta veneratione habuit, ut nullum, sine eorum lectione diem preteriret. Scripsit de Patientia Dei lib. vnū. Aduersus Praxē lib. i. contra Marcionem libros. 5. contra Iudæos lib. i. Contra omnes hæreses libr. i. De proscriptionibus hæreticorū lib. i. Aduersus Hermogenē. Contra Valentinianos. De carne Christi. De resurrectione carnis. De corona militis. Ad martyres. De poenitentia. De velandis virginibus, De habitu muliebri, & alia plurima. Floruit anno mundi 4171. Christi verò 209. sub Seuero Imperatore.



D. A M B R O S I V S in Gallia sub Cō. laetij imperio natus fuit, patre Symmacho, p̄fecto Galliæ. Infanti in prætoria domo dormienti, apes circaos visæ sunt oberrare: patrē, impubes amisit, inde cum matre & sorore Marcellina Romam profectus ibi studiis sese addixit: & tandem causas agere cœperit. Mox à Probo prætorij p̄fecto, consiliorū & gubernationis socius fuit adscitus. Consulari postea dignitate insignitus, ad regēdā Liguriā missus est à Probo. Mortuo Auxentio Mediolanē Episcopo, fuit is à populo, Episcopus electus: renuit illud munus: sed Imperator populi electione delectatus, eā confirmar. Elegitur in Episcopū, anno Christi 378. sub Damaso Papa. Plurima scribit: contra omnes fere hæreses acriter pugnauit. Præfuit Episcopatui, annis 22. obiit anno Christi 400. Arcadij & Honorij tertio, senex admodū. Claruit sub Theodosio Imper. anno dñi 380.

D. A V G V S T I N V S, matre Monica, patre Patricio in ci-  
tate Thagustensi natus, Christianus quidē, sed mediocri fortu-  
na. In pueritia à matre de Christo institutus est, sed baptismus  
dilatus. Apueris ludi frequentauit, præceptore Manlio Theo-  
doro. Manichæorū opinionem diu seftatus est. Romæ docuit  
Rheticā: inde Mediolanū accersitus, sensim à Manichæis de-  
fecit, cū Ambrosij cōciones diligēter audiret, & ad religionem  
Christianā transit, & suscepit baptismū cum Alipio, & naturali  
filio Adeodato, natus annos 33. post Maximi tyranni mortem.  
Domū inde in Africā rediit, & in agris suis vixit. Mox Hippo-  
nensis ecclesiæ p̄esbyter à Valerio ordinatus, & tandem etiā eius  
coepiscopus. Eo mortuo ad Episcopatū euectus est, quē sanctissimē & factis & cōcionibus & scriptis administrauit. Cōtra hæ-  
reticos accerrimē disputauit. Donatistarū secta multū ei nego-  
tij exhibuit: cū mulieribus, ne cognatis quidē, ppter suspicionē,  
nō habitauit. Vestitu mūdo, mēsa frugali vtebatur, & vino. Tā-  
dē p̄esente Possidonio & aliis piè in Domino obdormiuit, cū vi-  
xisset annos 76. anno mūdi 4395. Christ. 434. in ecclesiastica fūctio  
ne 40. Huius vitā Possidoniū Calamēsis episcopus descriptit.




P A V L V S Ægineta, mirabili ardore discendi percitus, dif-  
ficillimas peregrinationes sustinuit, vt medicam artem cogno-  
siceret. Libros reliquit in medicina, non sua inuentione, sed Ga-  
leni imitatione, cuius veluti simia dici potest. A Ioanne filio Se-  
rapionis allegatur simpliciter Pauli nomine, & similiter ab aliis  
Medicis. Scripsit lib. 7. Græcos, collatione vetustorum exem-  
plariū restitutos, & quibusdam in locis auctos, per Hieronymū  
Gemusceum impressos Basileæ, qui fuerunt versi à Ioāne Guin-  
terio Andernaco, & ab Albano Tornio, quos prior commenta-  
riis illustravit. Aeginetæ libros Henricus Stephanus, cum aliis  
præcipuorum medicorum libris excudit. Floruit anno mundi  
4398. salutis 439.





AC VRSIVS natione Florentinus, iuris consultissimus, fuit. Azonis Doctoris discipulum fuisse eū perhibetur, qui cum admirabili ingenio, & multarū rerum cognitione, valeret, Republicæ moderandæ maximè idoneus, vniuersum iuris Ciuilis corpus, primus glosis ornauit & explanauit. Huius autem libros semper imprimendos curauere docti, vbi cūque fuit excusum corpus Iuris, cum glosis & commentariis: eāque de causa omnium Iurisconsultorum celeberrimus existimatur, vt pote qui primus Ius Ciuale interpretatus fuerit. Floruit is anno salutis 1236. vt ipse in Autētica testatur. Scripsit etiam super instituta.

DINVS Mugelanus Iuris vtriusque peritissimus, rāta fuit animi solertia, vt omnes suę artatis Iurisconsultos superasse creditus sit. Fuit acutus & eloquens in dicendo, disputando & decidendo: & idcirco eleganter & copiose totum ius Ciuale, multis scriptis, exposuit & clarius legum studiosis reddidit. De mandato Bonifacij Pape viii. primus eleganter, post Archidiacionū, scripsit super 6. Decretalū lib. i. super Codice lib. ro. super ff. veteri libr. 24. super ff. nouo. libros 12. super ff. Infortiato lib. 14. Consilia multa lib. i. super Titulū de actionibus in Institutis. Super titulū, De regulis Iuris, & infinita alia quę nō reperiuntur. Floruit anno salutis 1300.



ALBERTVS Magnus, natione Teutonicus, patria Suevus, ex Laugingē oriundus in Academia Parisiensi encyclopediam ac præsentim Theologiæ scientiam hausit, quam disseminauit postea in Germania. Fuit & alias eiusdem nominis, propter eruditionem, natione Patauinus. Prior fuit Episcopus Ratisonensis, qui Episcopi officio integrerrimè aliquot annos funetus, tanta dignitate sese tandem spōte exuit, vt animæ saluti magis vacaret. Itaque Coloniam reversus ad suos, cucullā induit, & ibi usque ad finem vitæ, docendo & scribendo perseverauit. Scripsit multa & penè infinita opuscula, Summam Theologiæ lib. 4. super sententias lib. 4. De quatuor coœuis lib. i. De homine: de bono: de vita spirituali: in officiū Missæ: de corpore Christi: de muliere forti: de multiplici timore: de laudibus sancte Mariæ: defensorium mendicantū, & multa alia. Obiit sub Rudolpho Imperatore, anno domini 1280. Coloniæ sepultus.

NICOL AVS de Lyra natione Anglus, monachus Franciscanus, in Theologia valde eruditus fuit, multaque scripsit ad Christianam pieratem promouendam, vt ex eius scriptis facile cuius Theologiæ studio constare poterit. Hebraicā linguam is perfectè calluit: fuit ingenio prompto, nec minus conuersatione, quā scientia venerandus. Eius opera omnibus sacrā scripturā discere cupientibus, necessaria esse, nemo melius nouit, quām qui se in eorū lectione exercitauit. Sūt qui eū ob verborū simplicitatem contemnēdū existimant, sed si res ipsas, non verba isti detrectatores spectarint, non dubium est quin ab eis maximè laudetur. Scripsit super sententias lib. 4. In Genesim ad literā lib. i. In exod: m: in Leuiticum: in Numeros: in Deuteronomiū: in Iosuē: in Ruth: in Paralipomenon: in Esdrā & Neniam, in Tobiā: in Iudith: in Ester. Claruit tēporibus Ludouici Imperatoris 4. & Ioānis Pape vicesimi secūdi anno domini 1320.



BARTOLVS Sentini in Vmbria natus, Iurisconsultus fuit perspicacissimus, qui in omnibus Italiæ gymnasii exactæ doctrinæ documenta reliquit. In studendo erat valde assiduus, laboris patiens, sobrius. Quare voluptates omnes adeò seuerè reiecerat, vt ne horula quidem extra naturæ necessitatē studiis subtraheretur. Eam seueritatem etiam retinuit in condamnandis fontibus, cùm rerum capitalium iudiciis præcesset, vt reum furti nec ritè confessum & in fontem, præcipiti sententia supplicio afficerit. Ob id inuidiæ plebis obnoxius, vt hominum consortium fugeret, in quandam villam se recepit, studiorum gratia, è qua demum egressus, æquales suos doctrinæ firmitate, & mira iudicij constantia superauit. Obiit Perusia, quadragesimo sexto ætatis suæ anno. Domini 1355.

BALDV S, honesta Vbaldorū gente Perusia natus, Bartholom præceptorem habuit, quem ingenij subtilitate & varietate doctrinæ superauit. Huic tamen multa conuoluenti, inuentriique stabilis scientiæ constantia deerat. Ioannes Galeacius Vicccomes, cum Ticini Gymnasium conderet, magnis præmiis eum euocauit. Peruenit ad longuam senectutem, & annos natu septuaginta sex, fato functus est, paulò ante quam ille princeps moreretur. Scriptis super Codice lib. 9. super ff. veteri libros 24. super ff. novo, lib. 12. super ff. Infortiati lib. 14. super Institutis lib. 4. De usu feudorum lib. 1. Super Autenti. lib. 1. super 2. Decretalium lib. 1. Additio- nes speculi, lib. 1. consilia multa, lib. 1. & alia complura. Scriptis commentariis, super totum corpus iuris civilis. Item practicam Lugduni impressam, & Margaritam seu Repertorium. Baldi lecture accuratissimè edite sunt, cù annotationibus, nouis summaris & Indice, Venetiis apud Iuntas 1572.



P A V L V S de Castro, Iureconsultus celeberrimus, multa conscripsit ad leges pertinentia, stylo non minus elegati quam vtili, quibus, vir admirabilis suæ eruditioñis & prudentiæ testimonia omnibus clara exhibuit. Ius docuit, in omnibus ferè claris Italiæ Academiis. Scriptis super Codice lib. 9. super ff. veteri lib. 24. Consilia elegantissima, singularia, & opus Consiliorum in duo volumina partitum, cum pluribus aliis cōmētationibus composuit: vt posteritati, singulari beneficio, & propensa in studiosos omnes, voluntate, sese profuturum aliquando gloriaretur, quemadmodum ipsis profuit qui eodem seculo vixerunt. Scriptis etiam super ff. nouo libros duodecim: super ff. inforciati, libros quatuordecim: super Institutis lib. quatuor. Citantur quoque repetitio eius in 1. ff. ver. de indiciis, l. si de vi. Consilia eius ab erroribus vindicata & additionibus, nouisque rerū notabilium summis, supra priores editiones feliciter aucta, studio & opera Leonardi à lege, Venetiis impressa sunt 1570. in folio, & anno 1571. Claruit anno reparatæ salutis humanæ 1437.

ZABARELLA natione Parauinus, Roma. ecclesiæ Cardinalis presbyter iuris pontificij consultissimus, vnde amplissimam dignitatem suam exornauit, vt prelatos decet, erat maximo ingenio & doctrina præditus, cuius specimen frugiferum edidisse eum, ipsius scripta satis testantur. Floruit circiter annum Domini 1443.

I N D E X S E C V N D A E P A R -  
tis huius operis, ordine Alphabe-  
tico digestus.

<b>A</b>	Bsimarus Imper. per. 116	Albia Terentia 27	Angelus Politianus 20
	Adolfus Imper. per. 176	Alexander de Medicis 242	Anna Caroli VIII. & Ludouici XII. uxor
Adrianus VI. Pontifex	Adrianus VI. Pontifex 227	Alexander Tartaginus 202	Anna d'Est 283 & 285
Aelia Petina 18	Alexander VI. Pontifex 215	Anna Ferdinandi Hungariae Regis uxor 234	
Aelius Adrianus Imper. per. 38	Alexius 164	Anna Philippi Hispaniae Regis coiu <sup>x</sup> 278	
Aelius Adrianus pater Adriani Imp. 57	Alexius Angelus 170	Anna Comnenus 161	Alexius minor 170
Aemilia Lepida 16	Alexius Angelus 170	Anna Comnenus 161	Anna faustina 40
Aemilianus Imperator 38	Alexius 164	Alfonius Danalus 259	Annius Tacitus Imper.
Aemilianus Tyranus 68	Amalasuntha 101	Amalasuntha 101	Annus Verus 41
Agnes 153	Amurates I. 186	Amurates II. 196	Antinous 38
Agrippa minor 14	Amurates III. 287	Antonia 20	Antonia minor 15
Agrippina Claud. Cef. vxor 21	Anastasius dictus Artemius, Imper. 118	Antonius Augustinus 289	Antonius Borbonius, Vindocinensis Dux
Agrippina Germanici vxor 11	Andreas Alciatus 263	Andreas Barbat. 202	Andreas Doria 238
Agrippina Tyberij Imper. vxor 6	Andreas Tiraquellus 262	Andronicus Commenus 220	Antonius Leua 237
Albertus Durerus 248	Andreas Vesalius 270	Andronicus Nebrisensis 220	Antonius Nebrissensis 92
Albertus Dux Austriae, Imper. 194	Andronicus maior 178	Arcadius Imper. 92	Archelaus Herodis Ascalonitae filius 4
Albertus filius Rodolphi, Imper. 194	Andronicus minor, ib.		

<b>I N D E X.</b>		
Ariadna 99	Berengarius II. Imper. 135	Carolus Simplex 134
Arnulfus Imper. 135	136	Carolus v. Francorum Rex 187
Arria Fadilla 39	Berengarius III. Imper. 139	Carolus VI. ibid. m
Arricidia 33		Carolus VII. 197
Athalaricus 101	Bona 208	Carolus VIII. 214
Attila 93	C Adigaseu Tadi-ga 109	Carolus IX. 284
Aulus Vitellius Imper. 30		Carus Imper. 77
Aurelianus Imper. 75	Cesar Borgia 215	Catharina de Medicis, Francorum Regina
Aurelius Fulvius 39	Cesar Caligula 12	
Aurelius Probus Imper. 77	Caiphas 7	
Aurilius Quintil. 74	Calixtus II. Papa 200	261
Aureolus 63	Caloioannes 161	Carhariza soror Caroli
B Aiazetes I. 290	Canis Scaliger 182	quinti Imper. 241
Baizetes II. 206	Carinus 78	Celjus 72
Balduinus filius Roberti 174	Carlus gressus seu Cras-fus, Imper. 133	Censorinus 73
Balduinus Flandriæ Comes 171	Carolus Aurelianensis 199	Cesonia 13
Balduinus Rex Ierusalem 160	Carolus Borbonius 258	Cherebertus 104
Balista 67	Dux 217	Childebertus filius Clo-donei 102
Barbarossa 257	Carolus Burgundiae Dux 199	Childebertus II. 117
Bartholomeus Cepolla 209	Carolus Lotharenus 131	Childericus Merouei filius 96
Bartholomeus Coleo 199	Carolus Caluus Imper. 217	Childericus II. 113
Bartholomeus Socinus 217	Carolus Martellus 120	Childericus III. 121
Basilius Macedo 130	Carolus Philippi Hispaniae Regis filius 288	Chilpericus Chereberti frater 107
Basilius & Constantinus fratres 146	Carolus Pulcher 183	Chilpericus II. 119
Beatricina 195	Carolus quartus Bohemus, Imper. 181	Christierna 247
Beatrix Caroli Sabæa-dæ Duci s uxoris 235	Carolus quintus Imperator 229	Christiernus Dania Rex 233
Berengarius I. Imper. 136.	Carolus Ruinus 230	Christophorus Longobardus 254
	nonus 235	Ciriades 59
	VVV 5	Ciriscelebes 192
		Claudia uxoris Francisci Valesij 228
		Claudius Domitius Nero 22
		Claudius Imper. v. 16

## I N D E X

Cl. Tiberius Nero	6	Constantinus Mono-	Eudoxia Imperat.	158
Cl. Tiberius Tiberij		machus	Eudoxia Theod. uxor	154
Cæsaris pater	5	Constantinus v.	122	93
Clemens Marotus	251	Constantinus vi.	123	Faramundus 95
Clemens VII. Papa		Constantinus VII.	198	Farsta 83
	236	Constantia	82	Faustina 42
Clodio	95	Constantius	85	Felix 19
Clodius Balbinus seu		Constantius Clorus	80	Ferdinandus Alua-
Albinus Imp.	53	Cosmus Medices	242	rez, Dux Alba 281
Clodoveus Dagoberti		Crispina	45	Ferdinādus Hungarie
filius	III	Dagobertus	III	ac Bohemia Rex 234.
Clodoveus primus	102	Dagobertus II.	Flacilla	91
Clodoveus III.	114	II	Flavia Domicilla	32
Clotarius Chilperici		Dantes Aligerus	182	Flavia Titiana 46
filius	107	Decentius	86	Fla. Claudius Imp. 74
Clotarius Clodovei	II.	Decius Imper.	54	Fla. Claudius Julianus
filius	113	Didius Julianus	Imper.	87
Clotarius III.	119	Imperator	47	Fla. Domitianus Imp.
Clotarius VII.	104	Diocletianus	Imp. 79	34
Cn. Domitius Eno-		Dominica	89	Fla. Vale Anastasius
barbus	21	Domitia Caluilla, ma-	Imper.	100
Cocceius Nerua: Impe.		ter Antonini	Fla. Vale. Leo Imp.	98
	35	41	Fla. Vespasianus impe-	
Coradus Gesnerus	253	Domitia Caluilla,	rator	32
Conradus Imp.	138	uxor L. Cetonyj	43	Florianus Imperator
Conradus II. Imp.	149	Domitia Longina	34	76
Conradus III.	163	Domitia Paulina	37	Frāscus Aretinus 209
Constans	85	Donatus Antonius	Franciscus Baldwinus	
Constans filius Hera-	269.	269.	274	
clij	112	Drusilla	19	Frāscus Curtius 230
Constantina	106.	Drusus pater Claudiij	Franciscus Duarenus	
Constantinus Constan-		Cæsiris	15	274
tis filius	112.	E	Doardus VI. Rex	Frāscus Frāisci Re-
Constantinus Ducas	157	Ang'ie	231	gis Frans filius 258
		Eguinarius Baro	263	Frāscus Iūctinus 291.
Constantinus Leonis		Elisabetha Austriaca	Franciscus Lotharens.	
filius	137	284	Dux Guifus	283
Costāinus Magnus	83	Erasmus Roterodamus	Frāscus Petrarcha	188
Constantinus minor	84	231	Frāscus Sfortia	247

## I N D E X

Frāscus Valeriol.	276	294	Honorius	92
Franciscus Valesius		Henricus Francorum	Hugo Capetus	147
		Rex	Rex	150
Franciscus Valesius		Henricus II.	Iacobus à Sabaudia	285
		Rex	Iacobus Cuiatius	289
Franciscus Valesius	II.	296	Iacobus Dalechäp.	276
		Francorū Rex 282	Iacobus Hollerius	266
		Fridericus Dux Au-	Iacobus Silvius	267
		stria Imper.	Iason Maynus	217
Fridericus primus im-		Henricus Imper.	Iesu Christus natus	3
perator	165	Henricus II. Imp.	Iesus Christ. resurges	9
Frideric. II. Imp.	172	148	Ingenuus	62
G Aleatius	205	Henricus III. Imp.	Innocētius VIII. pōt	213
Galeria	30	153	Ioanna Albreitia	262
Galerius Maximus		Hericus III. Imp.	Ioanna ferdinādi Hi-	
Imper.	80	156	spa regis filia	222
Gallenus Imper.	57	Henricus v. Imp. ibid.	Ioānes Argēterius	270
Gensericus	94	260	Ioānes Austriacus	288
Germanicus	II	Heraclionas	Ioānes Boccatus	188
Gisla seu Gisela	149	Heraclius Costātibid.	Ioānes Calabria & Lo-	
Glaphyra	4	Heraclius Imp.	tharingia Dux 204	
Gordianus Imp.	52	Hercules Estensis	Ieannes Dux Mosco-	
Gordianus minor	53	Hercules Frāscus Va-	wia	281
Gotfridus Bolionius		lesius	Ioānes Fernelius	267
	160	295	Ioānes Frācorū rex	184
Gotfridus magni dēcis		Herennianus	184	
151		Herodes Agrippa	Ioānes Galeatus	189
Gregor. XIII. Papa	292	Herodes Antipas	Ioānes Jacobus Triul-	
Gulielmus Budaeus	231	Herodes Odenat.	Herodias	224
Gulielmus Rödeletius	271	66	Ioānes Manuelis filius	
H	Elena mater Cō-	sus	Hieronyma Vrfinia	198
	stantini ma-	265	Hieronymus Butic.	226
	gni Imper.	80	Ioānes Maria	208
Heleonora friderici		Hieronymus Cardanus	Ioānes Maria Me-	
		268	dio. Dux v.	189
		Ioānes Paleologus	Ioānes Stadius	291
Imper. uxor	203	Hieronymus Sauona-	Ioānes Staeflerus	248
Hēricus Albreitus Rex		rola	Ioānes Zimisches	
		212	Hildegrandis	126
Navarre	256	212	Hippolitus Salvia	143
		Henricus Borbonius	Iole	172

	<i>I N D E X.</i>
<i>Iouianus Emp.</i>	87
<i>Irene</i>	123
<i>Isacius Comnenus</i>	157
<i>Isabella Caroli quinti soror</i>	233
<i>Isabella Caroli quinti uxor</i>	229
<i>Isabella Philippi Hispani Regis uxori</i>	279
<i>Isacius Angelus</i>	168
<i>Iudas Iscariotes</i>	10
<i>Indrik Ludouici Pij Frāc. Reg. uxori</i>	127
<i>Julia</i>	49
<i>Julius Cesar Scaliger</i>	268
<i>Julius II. Papa</i>	225
<i>Julius III. Papa</i>	246
<i>Julius Maximinus Imperator</i>	52
<i>Iunia Claudilla</i>	12
<i>Iustinianus I. Imp.</i>	103
<i>Iustinianus II.</i>	115
<i>Iustinus Imper.</i>	100
<i>Iustinus Minor</i>	105
<i>L Aurentius Medices</i>	213
<i>Lepida</i>	26
<i>Lepida Domitia</i>	20
<i>Leo Armenius</i>	125
<i>Leo Basili filius</i>	130
<i>Leo III.</i>	122
<i>Leo I. saurus Imper.</i>	118
<i>Leo Junior</i>	58
<i>Leo Maior</i>	ibid.
<i>Leo X. Pont.</i>	227
<i>Leonhartus Fuchs</i>	253
<i>Leonora</i>	243
<i>Leontius Imper.</i>	115
<i>Libussa</i>	167
<i>Licinius</i>	82
<i>Licinius minor</i>	84
<i>Lilia Drusilla</i>	5
<i>Lilia Horestilla</i>	13
<i>Lilia Medullina</i>	17
<i>Lilia Paulina</i>	13
<i>Lolianus</i>	60
<i>Lotharius Francorum</i>	
	<i>Rex</i>
	<i>Lotharius Imper.</i>
	<i>Lotharius II. Imp.</i>
	<i>Macrianus manus fratres</i>
	132
	<i>M Acrianus</i>
	64
	<i>Macrianus minor</i>
	<i>ibid.</i>
	<i>L. Annius Antoninus</i>
	<i>Commodus Imp.</i>
	45
	<i>L. Annius Antoninus</i>
	<i>Mahometes I. Turca Verus</i>
	44
	<i>rum Imper.</i>
	193
	<i>L. Otho</i>
	27
	<i>L. Seionius Commodus</i>
	<i>pseudo-</i>
	43
	<i>propheta</i>
	109
	<i>L. Septimius</i>
	48
	<i>Mallia Scantilla</i>
	47
	<i>L Vitellius</i>
	29
	<i>Mammea</i>
	51
	<i>Ludouica Frācisci Vallesi mater</i>
	240
	<i>Manuel Palaeologi filius</i>
	185
	<i>Ludouica Francorum Regina</i>
	296
	<i>Marcellus II. pōt.</i>
	272
	<i>Ludouicus Arlof filius, Imper.</i>
	135
	<i>M. Antonius Muretus</i>
	275
	<i>Ludouicus Balbus Imperator</i>
	132
	<i>M. Antonius Sabellius</i>
	220
	<i>Ludouicus Bavariae filius</i>
	197
	<i>M. Aurelius Alexander Seuerus Imp.</i>
	51
	<i>Ludouicus Caroli VII.</i>
	<i>M. Aurelius Antoninus Baſianus Carracalla Imp.</i>
	49
	<i>Ludouicus III. filius</i>
	141
	<i>M. Aurelius Heliogabalus Imper.</i>
	50

	<i>I N D E X.</i>
<i>M. Julius Philippus Imper.</i>	54
<i>M. S. Otho Imper.</i>	28
<i>M. Vlpius Traianus Imper.</i>	36
<i>Margareta Francisci Valeſy filia</i>	280
<i>Margareta Hērici Albrecht coniunx</i>	256
<i>Margareta Maximi- liani Imp. filia</i>	219
<i>Margareta Navarre Regina</i>	294
<i>Maria Aragonia Imper.</i>	124
<i>Maria Caroli quinti Imper. soror</i>	241
<i>Maria Francisci II. uxor</i>	282
<i>Maria Maximiliani II. Imper. coniunx</i>	216
<i>Maria Othonis III. uxor</i>	146
<i>Maria Philippi Hispani Regis uxori</i>	279
<i>Marius</i>	62
<i>Marsilius Ficinus</i>	210
<i>Martia fabia</i>	33
<i>Martianus Imper.</i>	97
<i>Marijanus Aspilcueta uxor</i>	22
<i>Mauricius Imper.</i>	106
<i>Mauricius Seua</i>	251
<i>Maxentius</i>	81
<i>Maximianus Imper.</i>	79
<i>Maximilianus Sforcia Imper.</i>	216
<i>Meroueus</i>	96
<i>Michael Angelus</i>	211
<i>Michael Balbus</i>	125
<i>Michael Calaphates</i>	
<i>Michael Curoplates</i>	
<i>Michael Paplag.</i>	152
<i>Michael senior</i>	155
<i>Michael Theophili filius</i>	128
<i>Moses Turca</i>	193
<i>Muleasem</i>	257
<i>Mummia Achaia</i>	25
<i>N Atiuitas IESV</i>	
<i>N CHRISTI</i>	
<i>Nicephorus Botaniates Reg. uxori II. ibid.</i>	159
<i>Nicephorus Imp.</i>	124
<i>Nicephorus Phocas</i>	143
<i>Numerianus</i>	78
<i>Maria</i>	48
<i>O Clavia Neronis</i>	
<i>Odenatus</i>	65
<i>Odetus de foix</i>	236
<i>Odo Franc. Rex</i>	134
<i>Opilius Macrinus</i>	50
<i>Orchanes Cyrus celebis filius</i>	180
<i>Orchanes Othomani filius</i>	192
<i>Orontius Finæus</i>	254
<i>Otho I. Imper.</i>	139
<i>Otho II.</i>	144
<i>Otho III.</i>	146
<i>Otho Saxonum Dux</i>	
<i>Paulus II. Papa</i>	201
<i>Paulus III.</i>	246
<i>Paulus IIIII.</i>	272
<i>Paulus IV. Iouius</i>	252
<i>Petronia</i>	30
<i>Petrus Aloysius</i>	255
<i>Petrus Andreas Matthiolus</i>	269
<i>Petrus Aretinus</i>	250
<i>Petrus Bembus</i>	252
<i>Petrus Depinac</i>	293
<i>Petrus Imper.</i>	173
<i>Petrus Rebiffus</i>	264
<i>Petrus Ronjardus</i>	290
<i>Petrus Victorius</i>	275
<i>Philibertus Emanuel Sabaudia Dux</i>	280
<i>Philibertus VIII. Savoia Dux</i>	219
<i>Philippus Doria</i>	238
<i>Philippus Archidux Austriae</i>	222
<i>Philippus Austriacus Hispan. Rcx</i>	278
<i>Philippus Bardanes</i>	
<i>Philippus Decius</i>	226
<i>Philippus Deodat.</i>	166

## I N D E X.

- Philippus Francorum 191  
 Rex 141  
 Philippus Imper. 169 207  
 Philippus Longus 183  
 Philippus Maria 195 Rex 141  
 Philippus Pulcher 177 Rodulphus Imper. 176  
 Philippus S. Ludouici Rodulphus II. Imp. 295  
 filius 175 Romanus Argyropilus  
 Philippus Valesius 184 145  
 Phocas 108 Romanus Constantini  
 Picus Mirandula 212 filius 140  
 Pilatus 7 Romanus Diogenes 158  
 Pipinus brevis 121 Romanus Lecap. 140  
 Piso 68 Rossa 244  
 Pius II. Pont. 200 Abina 38  
 Pius III. 225 Saloniā 57  
 Pius IV. 277 S. Ludouicus 175  
 Pius V. ibid. S. Petrus Apostol. 24  
 Plantia Hercul. 17 Saturninus 69  
 Plotina 36 Scandebergus 196  
 Ponitus Thiardus 290 Selimus seu Zelimus  
 Poppea Sabina 23 Turcar. Imper. 232  
 Posthumus 59 Selimus II. 287  
 Posthumus minor 60 Sergius Galba 25  
 P. Aelius Pertinax Sergius Galba 26  
 Vietus 65 Seuera 88  
 Raphael 211 Regillianus 63  
 Renata Ludouici XII. filia 239  
 Renatus Biragus 292 Sixtus III. Papa. 201  
 Renatus Lotharingiae Dux 204  
 Robertus Hugonis Capetii filius 147  
 Robertus Imp. 173 Statilia Messalina 23  
 Robertus Imper. 191 Robertus Malatesta  
 Tetratus 69  
 Tetricus Junior 70  
 Theodora Iustiniani uxoris 103  
 Theodora Zoes sororis 155  
 Theodoricus I. 114  
 Theodoricus II. 120  
 Theodorus Triulfius 224  
 Theodosius 91  
 Theodosius Atramitensis imp. 118  
 Theodosius minor 93  
 Theophania 144  
 Theophilus 128  
 Theophrastus Paracelsus 266  
 Thomas Morus 221  
 Tiberius 105  
 Timolaus 71  
 Ti. Aur. ful. Bo. Anto minus Pius 40  
 Titus Flavius Petronius 31  
 Titus Tribunus 73  
 Titus Vespianus 33  
 Trebellianus 70  
 Vala 167  
 Valens Imp. 89  
 Valenstyan. 67  
 Valentianus 88  
 Valentianus filius Constantij 97  
 Solimanus I. 232  
 Solimanus II. 244  
 Sophi Persepolis Rex 245  
 Stanislaus Hysius 273  
 Statilia Messalina 18

## I N D E X.

- Valerianus Imp. 56 Victoria 72 Enobia 75  
 Venceslaus Imp. 191 Victorinus 61 Zeno Imp. 99  
 Vespaſcia Polla 31 Victorius minor ibid. Zoe 154  
 Vibius Gallus 55 Volusianus 55

I N D E X  
APPENDICIS.

- A Cursius 308 Galenus Medicus 304 Paulus Caſtreñis 311  
 Aesculapius 299 Herodotus Halicarn. Philo Judeus 302  
 Albertus Magnus 306 298 Plinius Secundus 303  
 S. Ambroſius 306 Hippocrates Doriensis Seneca 302  
 S. Augustinus ibid. ibid. Strabo Geographus 301  
 Baldus 310 Iosephus Judeus 303 Tertullianus Afer 305  
 Bartholus ibid. Iuuenalis Poëta 304 Theophrastus Eresius  
 Cornelius Celsus 301 Nicolaus Lyranus 309 299  
 Dioscor. Anazarb. 300 Origenes Damasc. 305 Titus Liuius 300  
 Dinus Mugelanus 308 Paulus Aegineta 307 Zabarella 311

F I N I S.

